

FILII HORUM

DIFFERENTIE ALII ORU.

Adoptio.

Cum in alienam familiam, inque liberorum locum extranei sumuntur, aut per pratorum fit, aut per populum. Quod per pratorum fit, Adoptio dicitur, quod per populum, Arrogatio. Adoptantur autem, cum a parente, in cuius potestate sunt, tertia mancipatione in iure ceduntur, atque ab eo, qui adoptat, apud eum, apud quem legis actio est, vindicantur. Arrogantur ii, qui cum sui juris sint, in alienam sese potestatem tradunt, eisque rei ipsi auctores fiunt. Arrogatio autem dicta, quia genus hoc in alienam familiam transit per populi rogationem fit. Eius rogationis verba haec sunt: Velitis iubeatis, uti L. Valerius L. Titio tam iure, legeque filius sibi fiet, quam si ex eo patre, matreque familias eius natus esset. Utique ei vitae, nec iure in eum potestas fiet, uti pariendo filio est, hoc ita ut dixi, ita vos Quirites rogo. Gell. lib. 5. cap. 19. Apud Romanos usitatum fuit, ut qui adoptantur, cetera nomina adoptantis assument, uno ex gentilibus retento. Zonaras.

OFFICIUM.

Ex loco iustitiae Profane, Fidei, Amoris, Obsequii exemplis perantur.

SOCIETATES OECONOMICAE SECUNDARIAE, QUAE PRIMARIAS SEQUUNTUR. Sic datur Respectu Societatis.

HERILIS, SOCIETAS CONSERVORUM.

Huc Fides Conservorum erga se mutuo, Libertorum, et Patroni.

Lex Julia cavet, si liberta, qua patrono nupsit, eo initio ab eo divertisset non modo post divortium alii nubere, invito patrono prohibetur; sed patroni conjugium ita lex tutata est, & ratum habuit, ut eo etiam volente, alterius conjugii facultatem eriperet. Id etiam lege Papia inhibuit fuit: siquidem senatore, eisque liberos libertinas ducere uxores perpetua constitutio prohibuit: ita ut inter virum senatorium, & libertam, aut libertini status mulierem nullum matrimonium censuerit esse, senatorium videlicet sanguinem libertino admittum, quasi contagio pollui arbitrata. Alex. lib. 4. cap. 22.

CONJUGALIS SOCIETAS. SOCIUS, ET NURUS.

Apud Lepitanos in Africa postero die nuptiarum mittitur nurus ad forum, commodato perens ollam. Eram illa pertinaciter denegat. Nupsit, ut jam inde ab initio socrus mores ferre discat. Aelianus.

AFFINIUM QUORUMVIS. Ex loco Fidei erga Affines huc quadam PATRIAE, SOCIETAS MAJORUM INTER SE.

Haec, qua inter Avos, Proavos, Avias, Provias oeconomica geruntur.

MINORUM INTER SE. PUTA Fratrum inter se.

Apud Brasilienses parentes non habent in filias potestatem, sed fratres: quas quidem, quoties eis libet, venales proponunt. Venditio autem est pro rebas aliis, quas ipsi concupierint, permutatio: pecunia enim caret. Orosius lib. 2. r. r. emm.

Cognatorum quorundam. Ut Avia, Nepotum.

Ex loco Fidei huc quadam, Avunculi, Nepotum.

Apud Germanos sororum filius eundem apud avunculum quem apud patrem honorem esse. Cornelius Tacitus resatur.

OECONOMIA RESPECTU RERUM, IN QUIBUS COMMUNICANT, CONFIDUNT.

DOMUS. HABITATIO.

Hic de Domo, Habitatione privatim. Ut vero ea ipsa ad Urbis constitutionem facit, inter Politica referri debet.

EXTRUCTIO.

Domus extructio magna, sordida, necessaria, luxuriosa, ingeniosa, sulta, ad varios proinde Titulos referri potest. Hic quatenus locum economicum denotat, secundum illud Hesiodi. oiaa iura aperiata, puaiaia de, su a aperiata.

POSSESSIO.

Ex loco Opulentia illustratur.

Perse divitiarum patrem maximam in aedificiis, & agris ponunt. minimam, & quantum impensis sufficiat, in pecunia. Strabo lib. 15.

USUS. HUC PERTINET DOMUS APERTIO.

Græcorum domus foris aperiabantur, de via. Romanorum intus. solis triumphalibus domibus concessum, ut de via aperiuntur, ut Plut. in vita Poplicole. restatur.

Lacones non pulsabant fores, sed foris clamabant, ut aperiuntur. Plut. in Lacon.

INHABITATIO.

Parthi gynæconitium in secreto domus a vicis remotam habent: quippe cum non modo uxorum, sed pellicum pudicitiam ita suspectam habeant, ut nisi capite operto, & velato vehiculo, illas in publicum prodire sinant, neminique propius accedere. Alex. 1. 5. c. 24.

ELOCATIO.

Fuit moris prisca Romae ut plerique ex edibus modicum quid sibi reciperent, superiora vero domus inquilinis locarent. Fuere enim Romae aedificia frequentia, pluribus oenaculis constructa, edita in altum, quae postea ab Augusto certa subtaxata mensura cohibita sunt. Censulariam exercere, is dicitur, qui locare inquilinis domorum oenacula consuevit. Gregorius contra superiora domus, & alias penetralia sibi reciperant: ad inferiora autem vestibula, & sub porticu, Homero teste, hospites divertebant.

UTENSILIA DOMESTICA.

HORUM IN GENERE ACQUISITIO.

CONSERVATIO, RESPECTU LOCI Dispositio.

Ut ordo rerum: quatenus docentur, Anima est: sic ut ad usum oeconomicum servatur, si Xenophonteo Schemachoc credimus.

U S U S.

IN SPECIE: UTPUTATA ARMORUM OECONOMICORUM.

VASORUM.

LUCERNÆ.

Romani lucernam non extinguabant, sed ipsam sinebant sua sponte extabescere. Utrum ut congenerem, & germanam inextinctam, & æterni ignis? An hæc nota est non esse ullam animantem nisi noxam conficiendam, vel necandam: quasi enim hanc animantis ignis sit. Si quidem etiam desiderat, sua sponte movetur, ac cum extinguitur, mittit, quasi interficiatur, vocem. An docet nos hic mos, non deberenos neque ignem, neque aquam, neque quid ex necessariis aliud, quando eo abunde uti sumus, perdere, sed permittere huius ultra opus habentibus, ac relinquere aliis, si quando id ipsi ultra non requiramus. Plut. in quaest. Rom.

OECONOMIA ACCIDENTIA CONSOCCIATIO OECONOMICA.

Herilis.

Hæc omnes illi auctores, qui inter Dominum, & Servum in acquirendo, in possidendo, in dimittendo interveniunt. Oeconomia respectu referri possunt.

JURIS

JURISDICTIO OECONOMICA, VEL CONJUGALIS.

De Imperio conjugali sub loco Coniugii respectu Personarum considerati egimus.

In eo populorum omnium leges cum divinis, ac naturæ legibus conveniunt, marito ab uxore obsequium debere, nec illius iusta, si modo cum honestate non pugnant, repudiari ab uxore debere. Unum interpretem satis nobilem excipio, qui uxorem mariti legibus solutam esse putavit, sed nec illius opinionis singularis, ac tam absurda rationem ullam attulit nec auctoritatem: cum lege Romilia jus etiam vitæ, ac necis marito tribuatur, si vel eam in adulterio deprehendisset, vel parvum, vel clavos supposuisset, vel vinum bibisset. Bodinus 1. de Rebus. 3.

Cato, quem mulierum hostem fuisse plerique ajunt, uxorem percutere sine sacrilegio non posse putabat: sed maritus, ac dignitatem sic tueri solebat, ut facile obsequentem haberet: quod non fieri potest ab iis, quibus non satis est uxorem socios fuisse, nisi etiam obsequentes sese præbuerint, ut tandem servi poenæ fiant: id quod in Lacedæmonios olim jactari consueverat, quoniam uxores Dominos appellabant. Ex Plut. in Lac. & in Cato.

Longobardi eandem vitæ, ac necis potestatem in uxores habebat, quæ veteres Romani, quæ etiamnum Baldi temporibus utebatur. Rotaris.

Olorus Thracie Res Dacos ab hostibus victos ad sempiternam inquiliniam, & contumeliam uxoris servire compulsi. Justin. lib. 32.

THEODORA Justiniani Augusti uxor, quæ faces Imperii marito sanè stupido, ac literato principi ademerat, cum omnia beneficia fecerim adversos maritos tribueret, eas etiam adulterii poena liberavit, infamiam notam reliquit: aequus erat Athenienfium exemplum imitari, qui adulteros, præter infamiam, sacris arebant. Bodin. de Rebus. cap. 3.

PATRIA.

De iure Patrie in Filium, supra respectu Personarum, hic respectu Juris consideratur.

Principes, inquit Seneca, in subditos potestatem habet, magistratus in privatos, pater in liberos, magister in discipulos, imperator in milites: Dominus in servos. Ex iis, tamen omnibus imperandus jus, ac potestas est a natura nemini tributa, præterquam patri, quæ vera est Dei præpotentis, ac maximi rerum omnium parentis imago, ac simulacrum. Bodin. 1. de Rebus. 4.

FROTHO Danorum Rex, ubi in Daniam rediit, ut quicquid Græcæ sinistra morum usurpatione corruperat, bonis artibus expiaret, arbitrarium fœminis nubendi potestatem indulsit, ne qua thori coactio fieret. Itaque lege cavet, ut eis in matrimonium crederent, quibus in consilio patre nupsissent. At si libera consensissent, in servum ejus conditionem aquaret, libertatisque gratia spoliata, servilis fortunæ statum indueret. Saxo Gramm. lib. 5.

HERILIS.

Vide Dominorum imperium in Servos.

Ex eo servi dicti sunt, quod servarentur, cum occidi jure potuissent, ut nulla de causa Juris consulti à Grammaticis imperitis coarguantur, quod servos à servando dici putent. Est enim inquit Eustathius, rîpovâvra, & apud Helychium spona, spona, & cum sibi sit ex Eruo, Servo, ut Ero, Sero, & aequas, sermo, non à serie, ut Varroni placuit. Nam Festus Eritudinem interpretatur servitudinem, & ex Aeolico digamma fit Seros, ut Dasom, Ofom, Afum, veteres dixere, davum, ovum, avum. Bodin. 1. de Rebus. 5.

INITIATIO OECONOMICA, VEL HERILIS.

Apud Rom. servi cum primum domum heri deducuntur, perfunduntur.

CONJUGALIS.

De hac supra in Personarum consideratione.

Inde urbis Tarnafaris Rex decerpendum conjugis florem non Sacerdotibus offerret, ut solet urbis Calchut princeps, sed albicanis coloris hominibus Christianis, aut Mahumetanis. Cultoribus vero idolorum id minus minime delegatur. At incolæ prius thorum non ineunt, quam quempiam ex albicanibus hominibus, cuiusvis nationis existat, asceverint sponsam stupratorem. Quod si post prima nocte adulterium si dem conjugalem temeraverit, morte prociis vulgare pudicitia poenas luit. Lud. Rom. Patrie. lib. 6. Navig. cap. 8.

LITES, CERTAMINA OECONOMICA.

DISCORDIA.

HERILIS.

Ex Tit. Severitatis, & Crudelitatis erga Servos huc multa transferantur.

Lege Ephesorum, servus, qui ad Dianæ sanum sine causa confugisset, Domino restituebatur, accepto prius iurjurando, ne fuga servo fraudi esset: sin iustum per fugam causam haberet, Domino creptus Diana serviebat, præter foeminas, quæ illius templi aditu arcebantur. At Tiberius tyrannus omnium callidissimus suam statuum pro asylo posuit, capitali poena proposita iis, qui servum à statua detraxissent: ut asylum istud non tam ad salutem servorum, quam ad perniciem dominorum comparatum esset, ut Domino quisque invidiam confisteret, aut apud principem majestatis reum, etiam ex levissima causa faceret. Bodin. de Rebus. 1. cap. 5.

CONJUGALIS.

Vide supra, Castigatio Uxoriam, item Tit. Severitatis erga Coniuges.

ULVILDA, maritum Scotum, qui & ipse Scoti nominis conditor fuit, occidendi fratris Frothonis Danorum Regis, occupandique Imperii consilio fatigabat. Cum vacuus maritum aures haberet, insidias à fratre in virum convertit, mercede conducti, qui jugulum dormientis confoderent. Qua dere Scotus per pedissequum certior factus, nocte, qua cadis ministerium circa se peragendum acceperat, lecto loracis inaccessit. Rogatus ab Ulvilda, quid ita affluet quietis usi, ferreo cultu mutasset: Sic ad præsens sibi collibitum retulit. Cum somno obfusos putaretur, irruentes infidiarum ministros lecto delapsus, obruncat. Quò event, ut Ulvildam insidias fratri nectendis abstraheret, & aliis uxorum perfidiam cavendi documentum præberet. Saxo Gram. lib. 1.

DISSOCIATIO OECONOMICA.

SOCIETATIS SCILICET.

HERILIS PER VENTIONEM, MANUMISSIONEM.

De his supra quoque sub Personarum consideratione. Apud Turcas potest mancipium cogere suum herum, ad duarum rerum optionem: vel ut illi redemptionis pretium indicare, vel servitutis tempus præfinire velit. Mancipii heri à Cadi evocato, mancipium, Quantumvis inquit tibi numerari pro mea redemptione, aut quotannis vis tibi inferviam? Herus liberam optionem ipsimet dabit. Si mancipium caret ingenio, nec sua industria tantum pecunie acquirere possit, quæ ad perfolvendum non sufficit, sed labores facillius perferre sperat: servitutis tempus deliget. Herus vero denum, duodenum, vel quindecim annorum tempus illi præscribet, eisque pactionis lyngrapham dabit: absolvo eo tempore liber domum abire poterit. At si mancipium aliquam artem calleat pecunie pretium deliget & ejus perfolvenda tempus ab hero experet, quam ex pacto perfolvet: nam diligenter laborabit, pretiumque suo hero numerabit quolibet mense, vel trimestre. Nonnullos vidimus, qui brevi tempore sese redemerant, nempe biennio, vel sexennio, &c. Perr. Ballonius lib. 3. Obser. c. 29.

Conventiones illas, quibus liberi homines adjecta poena pollicentur serviles operas, Gallia jam pridem recepit, Britannia probat: quæ adhuc veteris illius servitutis umbram præ se ferunt: servitutum tamen nullam habent, etiam si ejusmodi servi apud magistratus, decurso temporis spatio, qui serviles operas debent emancipari, ac pileorum jura consequi dicantur. Erat enim pileus libertatis argumentum, quo servi emancipati abrafra capita contegebant, quousque capilli crescerent. Nam Brutus occiso Casare numisma percussit sub pilei figura, quasi populum Romanum emancipasset: & mortuo Nerone plebs pileata per urbem cucurrit. Bodinus 1. de Rebus. cap. 5.

CONJUGALIS PER DISCESSIONEM, Divortium.

De his itidem supra, respectu Personarum.

Mulieres Damascena nubunt toties quoties libuerit. Ubi enim peracta fuerint prioris conjugis, Sacerdotem suæ fidei præfectum (Caddi appellant) aduent, sejungunt efflagrant à priore conjugio. Discretionem hujusmodi eorum lingua Talacare nuncupant. Peractò itaque à Cadi eorum Sacerdote divortio, ad alia nova transeunt: itidem viris licet. Lud. Rom. Patrius lib. 1. Navig. cap. 7.

BASILIUS Magnus dux moscoviz protis suscipienda de-
Ario legitimam sibi uxorem, Soloneam Joannis Sapur Bojaro-
nis filiam, ex mille, & quingentarum numero, quae in eum fin-
nem conductae erant, matrimonio junxerat. Ex hac cum ad
unum, & viginti annos liberos non susceperit, propter steri-
litate, repudiata eam monasterio cuidam in Susalli
principatu inclusit. Ab eo tamen antea impregnata eodem
repudiata anno 1526. filium Georgium enixa est: quem in eod-
dem monasterio in spem regni, & patris injuriarum vindican-
dam educavit. Paul. Oderborn. in ejus vita.

PATRIÆ PER
ABDICTIONEM.

De hac ipsa sub loco Amicitiae paterna egimus,
LUDI OECONOMICI.
Vide Lorum de Ludis. Tit. singulari.

Officium.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Officium, Graecè καθήκον, Hebraicè Can, basis, gradus
firmitas, à Canan, collocavit, est actus congruus uni-
cuique personae, vel est illud, quod quisque efficere debet pro
personae suae conditione: In quo advertere oportet, quid loco,
tempore, rerum, personarumque dignitati conveniat. Fortassis
ab officio, officere, per aniphrasim dicitur officium, quod
solliciti minimè quis per illud proximo officiat, id est, nocere,
aut molestiam inferat. Officium describit Ovid. 5. de Ponto
Eleg. 3. dum uxorem compellat.

Pellere te toto, cunctisque incumbere nervis,
Et nisi pro te nocte, dieque decet.
Quis juvenis alii, tu debes vincere amicos,
Uxor, & ad partes prima venire tuas.
Usturatur officium etiam pro munere publico, puta Magi-
stratu, aut ministerio honoris gratia instituto, de qua acce-
ptione in loco de Magistratu egimus.

OFFICIUM NEGLECTUM ALTERI

DEBITUM ob
DOCTRINAM,
In officio erga

DOCTOS IN GENERE.

Contemptus Doctorum late patet, & ad varios locos re-
ducit posse videtur. Consideratur autem vel per se, vel per
accidens. Per se quidem, tum respectu internae formae, tum
externi effectus. Internam formam, sive habitum voco, à quo
contemptus provenit. Nam vel doctrinae expertes sunt, vel
participes. Expertes, ignorantia laborant, vel simplici sive
ignorantia, qui rudes penitus sunt, & indocti, eaque propter do-
ctos, quibus cum nihil habent commune, odio prosequuntur,
vel composita sive iurata qui eruditionis specie tumidi, ex sua
superbia aliorum doctrinam metuantur, & contemnunt. Sic
philosophorum odio non tantum vulgus laborat, sed & Sophis-
tae, hoc est, qui vix primoribus labris literas degustarunt. Et
hoc sane respectu contemptus Doctorum ad Titulum Indoctorum
pertinet. At qui doctrinae participes sunt, si quidem in-
vidiam, ambitione alios expellere, & contemnere pergant, ut
soli sapere videantur, ad Astum in auctoritate comparanda,
& honore consequendo referri debent. Jam vero respectu ex-
terni effectus, qui ab ignorantia ista provenit, hoc est, ipsius
Indicium temerarii de rebus aliorum sic contemptus ad locum
Theoretici inepti pertinet. Quid si nam contemptus perpen-
ditur per accidens, hoc est, respectu damni conjuncti, quod
redundat in eum, qui contemnitur, tui auctoritas ea, quae tribui
debebat, honor scilicet, aut praemium eruditionis, sic ad In-
iustitiam Ignorantia pertinet.

PROLEMVS Carcegetes Aegypti Rex doctorum summus
hospis. Vide Tit. Praecipuos publici.

POETAS.

ALEXANDRI Magni Amici Callisthenem philosophum ob
libertatem oderant. Vide Adulari nolle.
DANTES Aligerius Florentinus patria ob civiles factiones
pulsus, contulit se ad Canem veterem Scaligerum principem
Veronensem. Suscepit ab eo Dantes Irugaber, nulla in eum
dignitas, nullus honor, nullae opes collatae. At Florentinus quid-
dam per factias, & dicacitatem multas ab eo divitias consecu-
tus, cum in aula Canis à Dante quaesisset: Cur ipse, qui nullas
posset literas, tam dives evasisset: Dantes vero tanta sapientia,
& doctrina pauper esset? Quando, inquit Dantes, ego meis

studii, moribusque principem similem invenero, sicuti tu tuis,
& ipse perdives reddat. Quibus offensio princeps, cum hinc E
inde vagus incerta spe errasset, Ravennae tandem pauper
obiiit, vir aeterna dignus memoria, & in poesi vernacula ex-
cellentissimus. Poggius de Felicit. prin.

Franciscus Petrarca, cujus ingenio humanitatis studia,
que multis annis sopita jacebant, plurimum excitata sunt,
cum ad Robertum Regem Neapolitanum, qui tum inter prin-
cipes Italiae excellerebat, accessisset, tenui honore susceptus (om-
nia enim Regii ejus viri virtute erant antiquiora) tantum
viatico adjunctus, ad lauream in urbe suscipendam, Romam
venit, acceptaque laurea in villa privata meliori vita dedi-
tus, spreto principibus consensu, & ibi defunctus est. Pog-
gius de Felicit. princip.

ORATORES.

CREAR Octavius, M. Antonius, & Lepidus Triumviri, cum
ccc. proscripserunt, & caedes cadibus mutarent, crudelissi-
mè Remp. exagitarunt. M. Antonio Ciceronem Odavius,
Odavo L. Caesarem avunculum suum largitus est Antonius.
Herennius Centurio, & Popilius Trib. pl. percussores Cice-
roni immisi, cum is lectica e villa Campana ad mare delatus
esset, fores, quas offenderunt oculos, ruperunt. Non in-
vento Cicerone, negantibusque qui intus erant, scire: fama
tenet, adolecentulum à Cicerone ingenium infuturum literis,
& doctrina, libertum Quinti fratris, Philologo nomen erat, lec-
ticam tribuno indidisse per confatas arboribus, & umbrosas
ambulationes ad mare deferri. Tum tribunus paucis assumptis,
circumcurrit ad exitum. Herennium per ambulationes advo-
lantem cum sensit Cicerone, imperavit servis, ut eo loco po-
nerent lecticam, ac sinistrum metum more suo contractans,
immois oculis intuitus est percussores, squallor & ita op-
pletos, & facie ex curis marida: ut plerique, dum Hieren-
nium eum obruntant, contoverint oculos. Cervicem ex lectica
protendit ad caedem, annos tum natus quatuor & sexaginta.
Caput ejus, manus, quibus scripserat Philippicas, Antonii im-
perio praecidit. Plus, in Cic.

PHILOSOPHOS.

Consule Tit. Philosophia odium, illic fons odii, igno-
rantiae scilicet, perpenditur, in eo, qui odio habet: hic ve-
ro in iustitiam erga eum, qui odio habetur.

Non Lytimachus solum ex universo fo regno per praeco-
nem Philosophos expulsi, sicut Carystus inquit in suis Hi-
storici commentariis, verum etiam Atheniensis. Athen.
lib. 13. cap. 14.

SOPHOCLES Amphiclitia filius, legem Athenis promulga-
verat, ne quis philosophos scholae praeficeret, nisi id Senatus,
Populusque decreverit: qui secus fecisset, ut ei capitale es-
set. Itaque & Theophrastus, & Philosophi reliqui urbe fecer-
ferant. Sed à Philone Aristotelis familiari dies ob id Sophocli
cum sequenti anno, quo abierat praefectura, delatus esset:
Atheniensis lege abrogata Sophoclem quinque talentis mul-
taverant, & ut philosophis redire, ac scholam regere liceret,
decreverunt. Laertius lib. 5. in Theophrasto. Demochares De-
mosthenis confobris, in Sophoclis defensionem scripsit.
Athen. lib. 13. cap. 34.

Civitates complures, atque imprimis Lacedaemoniorum,
neque Rhetoricam, neque Philosophiam admittunt, ut Cha-
maleon inquit in libro de Simonide. Atheniensis libro 13. ca-
p. 34.

Plato sub majore Dionysio, qui fuit Hermocrates filius,
primò in insulam navigavit, insulam, & Aeneam craterem
inspectorum. Caterum cum sevisimo principe congressus, quia
tyrannidem vituperaret, parum abuit, quin ab eo se inter-
fectus. A Diono exoratus, & Aristonem, Polidi Lacedaemo-
nio, qui publice legatus Syracusas venerat, ea conditione tra-
didit, ut pro servo venderet. Egitne venditus esset, & ab An-
nicrii Cyrenaeico viginti minis redemptus: quidam triginta
proderunt. Sab. lib. 3. Eun. 4. Alii in forum productum
quasi mancipium viginti minis venditum ait. Sed Philosophi
eo venientes emptum cum in Graeciam ablegarunt, hac si-
mul admonentes: quod virum sapientem, aut rarissime, qui
suavissime veritatem cum tyranno conveniat. Dio. lib. 1.

ANTIOCHUS Rex philosophos omnes è suo regno proscrip-
sit gravi edicto. Athen. lib. 12. cap. 24.

SABINUS Philosophos inanius quaestionebus vexare sole-
bat. Vide Titulum, Inscitiam, curiositatem urbanam accusa-
te, reprehendere.

LIBERTUS Regius repentinis opibus inflatus, Philosophos
aliquot

aliquot ad cenam invitaret. Qui cum de rebus variis ex-
A more differeret, & quaestiones eorum non intelligenti peti-
dicula viderent, illudens libertus: Immò agite, inquit, & co-
vivite, dicite mihi quid causa est, quod ex albis nigricatis fabis
non nisi unius coloris efficitur pulmentum? Tangit & modo-
stos animos indignitas: igitur aridens unus ex philosophis,
non passus has inceptas: Quin tu nobis edisseris, inquit, cur de
albis, & nigris flagris uniformes maculae refulant? satis mor-
dacier, praeterea servituti eum admonens. Petrarca.
Antiochia profectus vocibus Romanum principem Sulla-
num profcindere non desuit, quia philosophus foret, ac bar-
bam promitteret: qui ferme fuit temporum illorum inter
philosophos mos vetus. Quibus ille libello illo, quem iugoni-
one inscripsit, respondit. Caelius lib. 9. cap. 28. A. L.

MECHANICAM Peritiam.

Consule Tit. Mechanicarum artium contemptus.

VICTORIAM.

MILTADI post fucum ad Marathonem Persas coronam olea-
ginam petenti, surgens ex macula concione Sochares Dece-
B lenis adversarius est ei, vocemque misit non illam quidem
quam sed populo id temporis gratam: Ubi unus, inquit, cer-
taveris Militiae, & barbaros viceris, tunc etiam unus pete ho-
norem. Plus, in Cimone.

Achaei propter Oeboto (qui primus ex Achaeis Olympie
coronam itadii meruit) nullum exhibuit honorem, pena
ea affecti, quod nullus eorum in Olympiis in posterum victor
evasis, priusquam Oeboto honores promeritos, fuit mortuo
detulissent. Vide Tit. Curforum in stadio.

Imp. Graecus Phocas Narsetem insignem ducem contra
juramentum virum combidit. Magnus hoc Romanis attu-
lit dolorem. Nam ita formidabilis fuit Peris Narsetis, ut pueros
ii quoque suos nominando Narsete tetterent. Cedrenus.

ETATEM. HUC PERTINET

SENECTUTIS. nullus honor.

Exempla quadam ex loco Sepulturae neglectae colligi po-
terunt, quatenus senectute confectos insepultos abiciunt.
Indi parentes senio confectos gentili more interfectos, so-
lennibus epulis permixtos estant. Sabell. lib. 6. cap. 1. Cicerone
lib. 1. Tuscul. quae. 2. Val. lib. 4. cap. 1.

Bactrianorum effratros more explicans Onesicritus,
quatenus non omnino Strabo assentiatur, senio jam fessos, aut
etiam morbo implicatos canibus objectari prodit, diu ad id
opus destinatis: qui secus fecisset, ut ei capitale es-
set. Itaque & Theophrastus, & Philosophi reliqui urbe fecer-
ferant. Sed à Philone Aristotelis familiari dies ob id Sophocli
cum sequenti anno, quo abierat praefectura, delatus esset:
Atheniensis lege abrogata Sophoclem quinque talentis mul-
taverant, & ut philosophis redire, ac scholam regere liceret,
decreverunt. Laertius lib. 5. in Theophrasto. Demochares De-
mosthenis confobris, in Sophoclis defensionem scripsit.
Athen. lib. 13. cap. 34.

Debrices Perse septuagenario grandiores jugulant, advo-
cato ad epulas proximo quoque, miserissimos arbitrat, qui
morbo intercipiuntur, ut scribit Hieronymus quoque. Vetur-
lano canibus non vescuntur, profocatas modo condunt.
D Si cui fatalis adveniat ante praestitutum metam, dies itidem
sepeliunt. Caelius lib. 8. cap. 28. Aniq. Lett. ex Eliani libro 4.
Variae historiae.

Trogodiaz fenio confecti, nec armenta sequi valentes,
guttur bovis cauda adstricto sinunt vitam. Qui mortem dif-
ferunt, licet nolentes, eodem modo admonitos tamen antea,
vita privant: licet habent beneficium loco. Fabricianus item,
aut morbo incurabili correptos, simili afficiunt morte. Maxi-
mum enim arbitrantur malorum, ab eo vitam diligi, qui ne-
queat aliquid agere dignum vita. Plerique corpore sunt inte-
gro, aetate valida: sed sexagesimum non excedunt annum.
Diod. Sic. lib. 3. cap. 3.

Hyperboreos, qui in extremo orbis tractu siti sunt, homines
regibus barbaris, & omni humano generi infociales, legimus,
eos qui longo vivo xerunt, post epulas, & familiare convi-
vium fertis redimitos, ex rupe abrupta in mare se dare praeci-
pites. Caelius lib. 3. cap. 2.

Penes Ceos ad Hellepontum lex aliquando lata fuit, cu-
jus & Menander meminit: Καθ' ἡμετέραν νόμον εἰσι ποῖα, δ' Ε
lib. 2. de iudiciis. Quatenus, & Cicerone. Edixit enim, ut videret,
lex, majores annos sexaginta aconito vitum finire, ut reliquis
cibaria sufficerent. Cuius quae ab Atheniensibus obfidione ur-
gerentur aliquando, decerere ut ex eis natu maximi mori
dederentur, definitio annorum numero. Eos igitur illi obfide-
re desierunt. Strabo lib. 10. Confectus est apud eos, ut fenio
planè confecti tanquam ad convivium se mutuo invitent, aut
ad quoddam solenne sacrificium conveniant, & coronati ci-
curam bibant, cum ibi ipsi fenio confecti sint, se ad promovenda
commoda patrie inutiles amplius esse, animo jam ob aetatem
delirare incipientes. Elian. de Var. hist. lib. 3.

Apud Massages genus mortis optimum iudicatur, ut fe-
nio confecti in frusta cadantur, & cum ovillis carnibus promi-
sue edantur. Eos, qui morbo moriuntur, ut impios obici-
unt, & dignos, qui à feris devorentur. Strabo lib. 11.

Caspium, qui septuagesimum annum exceperit, fame
necant, coque in foliolum caposito, eventum eminus specu-
lantur, nam quem ab avibus è lectulo distrahi videritis, felici-
tatem putant: si à feris, vel canibus, nequaquam: si à nullo,
ducunt infelicem. Strabo lib. 10.

Sardoa lex erat, ut filii patres jam fenio confectos iustitia F
cederent, & interemptos sepelirent: absurdum arbitantes
esse, si delirus fenex ulterius in vivis ageret. Elian. lib. 4. de
Var. hist.

FRANCISCUS Foscarius, dux in Thoma Mocenico locum sus-
fectus, cum quinque, & xxx. annos summa sua cum dignitate,
& Veneti imperii amplitudine rebus praefuisset, quasi ingra-
& vefcente aetate parato homini esse non posset, paucorum
certè invidia, publico tamen Senatus decreto, superfluis ad-
huc summa dignitate privatus est. Qui cum ex Palatinis ad-
huc summa dignitate privatus est, magna civium multitudine
astante, decretumque publicum improbante, in privatas aedes
suas rediisset, dolore animi intra triduum obiit. Cuius mot-
tem universa civitas aegerimè tulit: ut illo Palchalis Ma-
sifpetrus dux, universisque patricius ordo ad Minoritanam
aedem summa cum funeris pompa exulcerit. Quem Bernardus
Justinianus funebri oratione longe celeberrima laudavit, quae
hodie quoque excusa extat: Monumento etiam ad Minorita-
nae aedis aram maximam, ex Pario marmore atropque purif-
simo illi exstructo. Egnar. lib. 5. cap. 3.

DIGNITATEM, VEL
SENATORIAM.

COMMODUS Imp. Senatam velut abjectam mancipium ita
neglexit, ac contempit, ut honores, praefecturas, ac dignita-
tes per servos, ac libidinum magistris venderet. Ac plurimum
eos in Senatum convocavit, qui nullus virum merito caeteris
contempitiores fuerant nulla ratione habita neque aetatis,
neque census, neque generis, neque virtutis. Cuspian.

LEGATORUM LEGATI VIOLATI

Cade, Morte.

Aegyptij cum Cambyse rege Persarum signis collatis, nullo
ordine figuram dederunt. Ad quos, cum se recepissent Mem-
phim, misit Cambyfes advero fuvine navi Mytleneam
cum caduceatore viro Perfa, qui illos ad dedicationem hortar-
retur. Illi ubi navim adventare Memphim vident, frequen-
tes ex urbe effusi navim corrumpunt, virosque frustatim di-
laniatos in oppidum ferunt. Herod. lib. 3.

Cum MEGABYZI ductu, quem Darius Hellepontio praefec-
H rat, Thracas à Persis sepeparati essent, in Macedonia legati
Perfa venerunt, petiit cum Amynta rege aquam, & terram.
Amyntas eos liberali hospitio excepit, & se Regi dedens, in
convivium tandem: petentibus id ex suo more Persis, concu-
bibus introduxit. Quas cum illi attraherent, & oscularentur,
indignè cum rem ferens Amynta F. Alexander, patrem dor-
nitum ablegavit. Ipse postea data optione Persis cum qua-
cunque liberè concumbendi, juveniles duntaxat locum: &
mox sub earum specie introduxit adolecentes ephebos, qui
amicos vestimentis, & pugionibus clam instructos. Quos si-
mul ac Perfa attraherunt, ipsi pugionibus ductus eos interfe-
cerunt. Hanc caedem postea Alexander paritum pecunia, par-
tim forore sua Gygea Bubarit Perfa, qui unus erat ex iniqui-
toribus caedis, in matrimonium datus, cedem. Herod. lib. 4.

Legatos Darii regis, terram, & aquam petentes, Athenien-
ses, & Spartani partim in barathrum, partim in puteos
deje-

dejecerunt, jubentes illic terram, & aquam petere. Herodotus lib. 7.

Megarites Anthemocrum occidere, cum feciales editum missus fuisset, ne sacra illi terram colerent. Pausanias in Atticis.

Sibarites triginta Crotonitarum legatos interfecere, & ante mania feris dilaniandos obicere. Athenaeus libro 12. capite 16.

DEMADES orator ambitiosus, & avarus; legatus ad Antipatrum missus ab Atheniensibus, trahens filium secum perrexit in Macedoniam, divinitus haud dubie illuc attractus eo articulo, quo Antipater jam morbo tenebatur, & Cassander eum potius, Epistolam reperit Demadis in Asiam ad Antigonom exaratum: qua illum incitavit ad imperium Graeciae, Macedoniaeque asserendum, quod ex vetere, & marcido stamine suspensum esset. Ita enim in Antipatrum erat cavillatus. Quem ut Cassander conspexit advenisse, prehendit eum. Ae primum admotum ei filium interfecit, ut cruorem patris acciperet sinu, eoque commacularetur; deinde ingratitude, & prodicione ei acerbe exprobrata, probris laceratum interemit. Plutarchus in Phocione.

Belli Peloponnesiaci anno secundo Lacedaemonii ne non omnia ad Atticas opes evertendas experirentur, legatos ad Artaxerxem in Asiam miserunt, qui ab eo societatem, & pecuniam in usum belli peterent, & ut iter per Thraciam facientes, Sitalcem tentarent, an ab Atheniensium abduci possent societate. Erat cum his Aristeus Corinthius, Timagoras Tegeates, & Pollis Argivus suo nomine ad regem iuratus. Eos Hellestus in Asiam trajecturos Sadoeus Sitalces filius (Herodotus Sitalcem Tyrei F. regem facinoris hujus auctorem facit) Atheniensium legatorum, qui tum forte in Thracia erant, suavis, oppresse, vindictosque Athenas per Nymphodorum Abderitam misit. Puerat Sadoeus jam antea ab Atheniensibus in civitatem asitus, gratificarique eo tam rem illis plus quam focium decrevit. Legati in Atticam adducti, publico Atheniensium decreto interfecit: & in foveas dejecit, sicut Atheniensium suorum sunt eadem usque, quos in oneratis navibus captos sub initium belli Lacedaemonii necarant, insepultoribus abjecerant. Sab. lib. 7. Enneadis 3. ex Herod. libro 7.

C Familiaris quidam Tatii, & propinqui, anno ejus regni quinto, Laurentum legatos, in quo proficiscentes Romanam incidant in itinere, spoliare vult aggressi: quos repugnantes, & se defendentes obruncaverunt. Romulus facinore perpetrato tam atroci consensit supplicio afficiendos censens auctores. Tattius rem reciebat, ac diffimulabat. Unde aperta eff. inter eos dissentio exorta: cum aliqui summa moderatione, & concordia regnum administrarent committerent. Caesarum necessarium pecenas pure gentium per Tattium non consequerentur, sacrificantem cum Romulo Lavini adorti interfecere: Romulum ut virum justum honorifice sunt cum favore profecuti. Ille corpus Tatii magno honore Romam delatum, tumulavit in Aventino ad Armilustrum: eadem tamen plane neglecti persequi. Sunt, qui scribant, metu percussos Laurentes Tatii percussores dedisse, sed Romulum eade pensata per praetorem, eos noxa solvisse. Ideo sermonibus jactitatum, & habitum, ut a regni scio liberaretur, accidisse id eo non invito. Plut. in Romulo. Vide Titulum Pestilentiae.

D Fidenas Romanorum colonia ad Lartem Tolumnium Venticum regem decesserant. Legati, qui ab urbe eo venerant, novi consilii causam seiscitaturi, Tolumnii sunt iustitiam interfecit. Fuerunt qui regem sceleris absolvent, quod in prospero errorum iactu vox ejus peperam sit excepta. Ceterum si vefferer, si ve consulit, & ab Achomate complures mortales alienavit, quod legatos ad componendam controversiam missos, contra jus gentium inhumanam admodum, ac nulla patris reverentia violasset. Proinde hostis publice declaratus a patre mortuo, a scilicet fratre capus est, & strangulatus. Sab. lib. 8. Enn. 3.

Tarentini Romanam classem ex occasione adorti, ejus praefecto cum plerisque classiariorum casu hostiliter diripuerunt. Legatos ad res de more repetendas ex urbe missos, scelus fecerit addere ausi, contra jus gentium violaverunt. Bello proinde ad Romanis petiti: cum impares viribus Romanis essent, nec ob infamiam superbiarum bellum solvi vellent, Pyrrhum in Italiam accerserunt. Sab. lib. 8. Enn. 4.

Sub initia belli Judaici, Agrippa Judaeorum rex legatos misit ad seditiones Judaeos Hierosolymam, quos illis notificavit.

mos esse sciebat, Boream, & Phcebum, ut possitis armis Romanis conciliarentur. At seditioni timentes, ne populus ad Agrippam transiret, Phcebum, priusquam verba faceret, interemerunt: Boreus vulneratus vix evasit. Joseph. lib. 2. cap. 24. belli Judaici.

JULIANUS apostata Imp. cum rabie nefanda contra Christianos saeviret, oratores quoque Perfarum, qui ad eum Chalcedone venerant, Manuelem, Sabelem, & Ismaelem violare contra jus gentium non est veritus, propterea quod Christiani essent. Nicephorus lib. 10. cap. 12. & Zonaras.

Orthodoxi in urbe Constantinopolitana, spe concepta Clementiae Valentis, legatos ad eum Nicomediae degentem miserunt, sacri ordinis viros 80, quorum duces erant Theorus, & Curbegus, & Menedemus: quos universos una cum navi succendi iussit. Omnes itaque cum navi conflagraverunt: quae quidem usque ad Daebiza duravit, ibique dissoluta est. Suid.

Cum Constantinopoli esset Joannes Cardinalis ab Alexandro pontifice Manuili missus ad ejus preces, qui Graecos ad unionem Rom. Ecclesiae reducere nitetur, ab Andronico Comneno, qui casu Alexio tyrannidem occuparat, est captus, & carnis illi alligatus, cujus cauda os implevit, ac tractus per urbem, & tandem in foveam precipitatus, ac combustus. Viri autem religiosi pietate moti, ossa sepeliverunt. C. Spinianus.

HAALON, Magonis Tartarorum regis frater Christianus Perside occupata, Calipha subulato, Syria imminerebat, ut Hierosolymam receptam Christianus restitueret, Mortuo Magonem domum repetentes, Guirbocam cum x. milibus militum in Syria reliquit, Christiani circa Sidonem loca quaedam praesidio obtinentes, praedas ex ejus provinciae finibus furto abegerunt. Qui res repetenti missi fuerant, contra jus gentium violati sunt, & in his ipsis ducis ex forore nepos juvenis impiger interfecit. Ira itaque, & odio accensus Guirboca, Sidonem expugnavit, captamque diripuit, & incendit, maximo cum rei Christianae detrimento. Amilius lib. 7. & Sabellicus lib. 7. Enneadis 9.

Resonem, Gotrici Danorum regis Legatum, Suenonum aperta vi necare veritus, dormientem peremerunt. Quippe molarem superne appentum, & scissis vinculis: subjecti cervicibus illi habere fecere. In cujus noxae expiationem singulis famam unciam Gotrico persolvere coacti. Vulpeculae pensionem vocabant, quod illud cognomen Resoni fuerat. Saxo G. lib. 8.

HASMUNDUS Norvegiarum rex, Fridlevi Daniae regis legatos filiam ejus regi suo in uxorem petentes, odio gentis interfecit. Ventum ad arma, Hasmundus violati gentium iuris poenas morte dedit. Cranz. lib. 1. Norvegiae cap. 11.

Florentinorum apud Volaterranos praefectus Franciscus Ferrucius, Fabricii Maramaldi Caesarianarum copiarum ducte tympantidum, fecalium more ad eum missum, ut sibi illic dedit urbem peteret, insolenti verbo offensus, insolentior dux miserum tanquam impietate locum corripit, laqueoque suspendi iussit. Quod facinus contra militiam morem superbe editum, ipsi demum Ferrucio exitum peperit. Jovius lib. 28. Hist.

Achomates quod voluntate non poterat, aperta vi a patre Bajazete imperium extorqueri conabatur. Missi ad eum legati, qui eum ab infamia revocarent, aut certe bellum indicerent. Sed ille, qui quanto ambitiosius post repulsum ad imperium anhelabat, tanto acerbius, atque crudelius sibi a gendum arbitrabatur, principem legationis, bellum atque extrema quaeque ad audiendum comminantes in conspectu jugulari, & ceteros ante vesperam castris excedere iussit. Ea res tunc maxime Bajazetes exulceravit animum, & ab Achomate complures mortales alienavit, quod legatos ad componendam controversiam missos, contra jus gentium inhumanam admodum, ac nulla patris reverentia violasset. Proinde hostis publice declaratus a patre mortuo, a scilicet fratre capus est, & strangulatus. Sab. lib. 8. Enn. 3.

Tornumbeas ultimus Aegyptiorum Sultanus, Memphis pulsus a Scimo Turcorum Imp. in extremam Aegyptum pro reparandis viribus confugerat, Scimus ad eum viros insignes, qui sacris praerant, misit, & cum his aliquot clari nominis, Aegyptios, qui suaderent, ut arma deponeret, & jam tandem victus fortunam agnosceret vellet, ac simul data fide polliceretur, cum si supplex accederet, regnum quod tueri armis nequivisset, victoris humanitate, ac beneficio consecraturum. Ac

renovare bellum pergeret, & lux imbecillitatis oblitisceretur, judicata belli fortuna, nullam eum postea dignitatis, ac vitae conditionem ex merito apud iratos inventurum. Legati cum trajecto Nilo in Sejedicam pervenissent, antequam audirentur, a quibusdam Mamaluchis infans, ac barbara crudelitate trucidati sunt. Nefarii siquidem, & arrogantissimi homines, Tomucubum nihil tale expectanti, se gratum facturos putabant, si ad declarandum studium suum, atque alienissimam a pace voluntatem, tanti odii, ac feritatis rabiem ea immanitate sceleris offensusent. Quod factum superbe, atque atrociter, omnem Selimi patientiam abruptit, & mox funestissimo bello, ac Mamaluchis omnibus finem imposuit. Sab. Supplem. lib. 8. ex Jovio.

POMPEJUM Columnam sacris jam initium Hispanus Hispanus ob extortam, cum ipso simularem ad singularem certamen provocarat, Pompejum projecto in solum pileo, congradi parabat, quando propinquorum cura prohibuit est. Janus Bracalonis eques Romanus ejus controversiae ferro finienda munus suscepit. Sed Hiferus Bracalonem repudians, cum arrogantius quam decebat, Pompejum ibidem lacefendo provocatoris libelli irritaret, res eum habuit eventum, ut Hispanus ad Columniam domus aream missus, quod Pompejum ad ignominiam tubae cantu certamen detrectasse pronuntiaret, a Servio Pompeii facti trucidatus, postquam ea aetria superbo ausu violasset, quo damnatis, & perfugis, propter inveteratam familiaritatem, salutem, securitatemque esse consuevisset. Ob id Rogerius Hispaniae regis legatus, de praecis cade multo fastu, & vehementi oratione apud Julium II. Pp. questus cum omnibus peteret, ut id facinus, quod ad publicam gentis injuriam pertineret, insigni exemplo puniretur, restituisse factum post se respondit, quod servi ad pedibus, ut tantam injuriam dignitate vindicaret, Hispaniam insolentiam Romana superbia contulissent. Jovius in Pomp. Columna.

CAESAR Fregosius Genuentis, & Antonius Rinco Hispanus, missi a Francisco I. Gallorum rex ad Turcarum Imp. Legati, cum Padum navigarent, itere Venetias, capti sunt ab Hispanis, & trucidati. Eae res offensus Gallus, venientem cum ex Hispania Georgium Austriacum, Maximilianum Caesaris F. Valentinum Episcopum, Lugduni in vincula conjecit, & ut Lafcum Ferdinandum legatum comprehenderet, Solymano auctor fuit, bello etiam injuriam hanc profecutus esse. Jovius.

ADRASTUS Argivorum rex, Polinicum generum Thebas reducere volens, Tydem Thebas ad res ab Eteocle repetendas ire jubet. Quoniam modo non reddita sunt a Thebanis, sed contra jus gentium Tydeo vis intentata est. Quinquaginta ex omni juventute lecti ab Eteocle missi sunt, qui illum ad Adrastum redeuntem insidis exciperent, exceptum obruncarent. Verum Tydeus, ut invito sui animo, in hostes conversus, non solum fortiter resistit, sed is, qui secum primo congressi sunt, prostratis, ceteros in fugam actos, turpiter dilecit. Sunt, qui ad unum interfecit dicant, praeter paucos, qui cladis, ignominiaque accepta nunci domum abierunt. Tydeus Argos reversus, quid Thebis sit actum, exponit, docetque simul, Eteoclem non modo res non reddere, sed sibi ad eas repetendas missio hostiliter insidiatum: haec ait, simulque recentissima ostendit caedis vestigia, quae agrè nuper fuerat revulsus. His Adrastus commotus, bellum Thebanis intulit. Sab. lib. 6. Enn. 1.

Vespassiani exercitus adversus Vitellium in Italiam cum Antonio missus, cum apud Veronam castra haberet, Pontius Saturninus Arripis, in Moeis exercitus legatum impetum fecit: & nisi se in balneum is abdidisset, atque inde clam profugisset, nulla imperii habita ratione eum interemisset. Fulgosi. lib. 9. cap. 7.

INNOCENTIUS Romanus Episcopus, de tantis injuriis, quibus Joannes Chrysofomus ab Arcadio Imp. praeter omnem humanitatem affectus fuerat, certior factus, ex decreto synodi in Italia coactus, ablegavit Constantinopolim legatos, Amydium Beneventi Episcopum, Cathegium, & Gaudentium cum Valencio, & Bonifacio presbyteris: quo comitabantur Cyriacus & Demetrius, una cum Palladio, & Eulyfio, qui partium Joannis Romam questum venerant. Hi ut primitum Graeciam attigerent, insidias excepti sunt a tribuno, in hoc ipsum ab Eudoxia Imperatrice, Arcadii conjugis, subornato: & calumniosus impetui, quod Orientale Imperium turbaturi adessent. Itaque in Constantinopolitanum suburbium diverfi in diversis custodia ducti sunt: & cum nollent litteras, quas habebat L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

bant, aliis quam Imperatori tradere, Valerius uni pollice fracto, vi illis & literas, & pecuniam eripuit. Deinde oblata a reorum summa trium millium, tenat eos invitare ad communionem Atrici Constantinopolitani Episcopi. Verum illi praetendunt, se in somnis monitos esse, ne id facerent, ac reditum tantum sibi concedi obnixi petunt. Navigio igitur obventustatem rimoso imposti, maritimi ad praesentium exitum exponuntur. Valde autem periculosa navigatione utentes, agrè quidem tandem incolentes Lamplacum veniunt: ubi mutata navi, demum domum sunt reversi. Nicephorus lib. 13. c. 33. & Sozom. lib. 8. cap. ult.

HORMISDA Rom. pontifex Ennodium Ticinensem Episcopum cum Fortunato, Venancio, & Vitali legatum misit ad Anastasium Imp. Constantinopolitanum, eum, qui ab haerese revocaret. At ille naviculae absque velis remisque impostos perdere conabatur, nisi numinis benignitate servati fuissent, iussitque Papae hoc responsum ferre: Imperatoris proprium esse imperare, non imperata Pontificis accipere. Itaque Hormisda Imperatorem diris devovit. Naucerus. Volum. 2. Gener. 8. & Henricus Erpbor.

Vi intentata.

Lasciviente Megari populari directione (in qua etiam ed sunt progressi, ut scens jam solutum, extortum fuerit creditoribus, & sacrilegium admistum) profecti sunt Peloponnesiorum theori per fines Megaricos Delphos, ac cum liberis, & conjugibus tumuluarie in vehiculis pernoctant in Aegiris apud lacum. Ibi Megarenum audacissimi, crapula plena, vehicula subverterunt, atque in lacum impulserunt, ut multi theori submersi fuerint. Inquam injuriam Megarices disciplina soluta reip. non sunt executi. At Amphidionis, quod theoria sacrosancta esset, cura suscepta impatorum, partim exilio, partim ultimo supplicio multarunt: quorum posteri ab subversis vehiculis sunt Hamaxocylis appellati. Plus. in quesi. Graecis.

CHILDEBERTUS Francorum rex, ad Jugundis fororis suae mortem explorandam (quae Carthagine exulabat) Gripponem virum clarissimum cum aliquot collegis in Africam miserat, ut inde ad Mauricum Imp. Constantinopolitanum navigaret. Carthagine dum sedet, quidam ex ejus comitibus in frequenti emporio uni mercatorum odoramenta quadam propalam abstulit, in diversoriumque suum se proripuit. Postridie eum in publicum prodeuntem mercator circumstetit, manaque injecta suum repetebat. Ex altercatione circum, Grixaque orta Australianus Afrum interimit. In manifesta caede, tota urbs armis correptis ad ades, in qua deducit oratores erant, concurrunt: qui ignari totius rei meridae conquirebant: sed repente tumultu exciti, egressi se ab armatis armis tuentur. Duobus collegis Gripponis ab efferata multitudine occisis, ipse se, quoad virtute potuit, tegebat. Ubi crescenti turbæ nulla virtus obstitit: Praefecti urbis opportunè ad hunc motum accurrentis fidem obtulerunt: re legatum cum collegis Francorum optimatibus de pace ad Augustum missum, armis oppugnari, ignatum quae causa hujus tumultus, cujusve culpa esset. Inde miscescente ira, per colloquium res cognita, sedataque est. Constantinopolim Grippus profectus, vim Carthaginensium, violatumque jus gentium conqueustus peractis mandatis dimittebat, mulcente iratum, affirmanteque Maurico, ipse arbitrio, regisque Franci noxios poenas daturus. Duodecim vincti ab oratore Graeco in Franciam ducti sunt ad Childebertum Regem, quos fontes adstante Grippone esse diceret, seque eorum deditionem facere, si ve rex capere, si ve pecunia multare vellet. Tunc Grippus: Quamvis illi sunt ignoro: illud satis scio, me legatione regis Franci fungentem, non a duodecim tantum Afris, sed a tota Carthagine oppugnatum, collegasque meos nobilissimos viros caesos. Paucorum & ignobilium capium deditione, ut urbs tam pollens, potentisque poena nefarii sceleris defungatur, postulat Caesar vestre, quod excidio omnium, qui in noxia sunt, luendum sit. Lasa enim Francorum majestate, si his ausis id impune sit, inivium orbem terrarum, clausaque omnia itinera Francis pacis internuncius erunt, qui armis cuncta sibi patefaciunt. Ita eo deditio non accepta, vultu tamen in speciem pacato rex Graecos ita dimisit, ut ei se credere satis fecisse, & graviter verbis quidem increpitus Afris, ro veniam impetrasse. Post eam diem nihil rei fuit Francis cum Maurico. Amil. lib. 11.

MALATESTA Salconus Florentinorum legatos pugione vulnerat. Vide Tit. Crudelis. ob dejectionem a dignitate.

Verberibus, Flagellis.

A. M. ANTONIUS, & Cleopatra, victi ad Actium, ad Caesarem legatos in Atram miserunt. Petebat Cleopatra liberis suis regnum Aegypti. Ille Athenis postulabat, si non daretur in Aegypto, ut privato liceret vitam agere. Amicorum ob transgressiones penuria, & diffidentia praecceptorum filiorum ejus Euphronius missus legatus est. Caesar rejectis Antonii postulationibus, Cleopatram respondit: Nihil benignitatis ei, si sustulisset, vel ejecisset Antonium defuturum. Misit etiam una libertum suum Thyreum, & hominem haud insulsum, qui oratione sua juvenis imperatoris nomine missus, inflatam mulierem, ac mira forma causa tumidam, post se movere. Hic prolixiore oratione quam alii, cum ea egens, & supra modum honoratus ab ea, suspicionem movit Antonio. Itaque corripuit eum, & flagellis caecidit, inde remisit ad Caesarem scribens insultatione, & superbia illius se fuisse irritatum, qui esset ob erummas irritabilis. Id tu si fers, inquit, inique, habes libertum meum Hipparchum: hunc suspensum flagellato, ut par feramus. Defecerat enim is ad Caesarem. Plut. in Antonio.

Castratione.

B. PANTALEON Eléorum tyrannus, legatos, qui ad se venissent, castrans, proprios testiculos edere coegit. Heraclicus in Politicis.

Mutilatione.

Thebis facti sub dio Hercules cognomine Rhinocolustes, quod caduceatoribus is, qui ab Orchomenis ad tributum poscendum missi fuerant (sicuti narrat Thebani) ad contumeliam naves praecidisset. Pauf. in Boeoticis.

Excaciatione.

EMMANUEL Graecorum Imp. postquam fama compertit Venetam civitatem gravi pestilentia affectam, Henrico Dandolo uni ex legatis, quos Vitalis Michael princeps Graecia decedens ad eum miserat, per speciem colloqui in secretum abducto, aneam tabulam obiecit, prius igni admotam, cujus aspectu propemodum luce privatus est. Satis constat jam inde semper hebeti visu fuisse. Sab. lib. 5. Enn. 9.

Proditione.

Cum PACORUS Parthorum rex Hierosolymam cepisset, Antigono Aristobuli F. regnum asserit contra Hyrcanum: Hyrcano persuasit, ut cum Phasaelo Antipatri majore filio, fratre Herodis, legatus iret ad Barzapharnem facta Parthorum in Galileam. Parui Hyrcanus, quamvis dissidente Herode: & a perfido Barzapharne captus, Antigono traditus est. Is auribus Hyrcanum mutilavit, ne in posterum ad sacerdotium aptus esset. Phasaelus illiso ad saxum capite, mortem sibi ipsi conscivit. Joseph. lib. 14. c. 24. & 25. Antiq.

Retentione.

DIONYSIUS Syracusanus junior, a civibus obsessus, missos ad se legatos loco obsidum retinuit. Justinus.

Carceribus.

SAES à Cosroe Persarum rego cum magno exercitu contra Romanos missus, Heraclium Imperatorem simulata pacificationis spe ad colloquium de pactis invitavit. Imperator Sais fallacibus verbis deceptus, mitit eum eo LXX. de proceribus suis legatos ad Cosroem: quos Saes vincitos, cum contumelia in Persidem abducit. Sed Cosroes Sais, quod Heraclium vidisset, neque cepisset, cutem detrahi, legatos Romanos in custodia dari, maleque tractari iussit. Cedrenus.

JOANNES scriba, Honorio Imp. defuncto, imperium invadit, & à Theodosio Imp. Orientis dignitatem sibi confirmari petiit. At Theodosius legatis in carcerem conjectis, missis cum exercitu duce Aspare, tyrannum sustulit, & Valentinianum, amicum suum Placidia F. creavit Occidentis Imperatorem. Paulus Diaconus.

CHRISTIANUS II. Danorum Rex, Stenonis Suecorum regis legatos secum in Daniam captivos ducit. Vide Tit. Clementia erga hostes.

Exilio.

CHILPERICUS Rex Francorum, cum Venetam urbem tributarium sibi fecisset, eaque certis de causis Episcopum ad regem legatum amandasset: rex ira commotus, etiam contra suum gentium in exilium Episcopum egit. Amoinus lib. 3. de gest. Francorum.

Irrisione, Contemptu.

Ammonitarum Rex Hanon Davidis regis legatis ad se de obitu patris sui consolandum missis, obiecto, quod terram suam exploratum venissent, partem barbæ abradi fecit, vestesque

ad nates usque succidi, & hac ignominia affectos abire iussit. Pervetia hac de amico suspicione in suam abreptos perveniens, pro barbâ raris capitis diadema amisit: pro succis vestibus, regnum. Marulus lib. 5. cap. 1. & Sabell. lib. 10. cap. 2. & 2. Reg. 10.

Romanorum legati foribus perfusi à Corinthiis. Eoque nomine Corinthus à L. Mummio Achaico solo aquata est, & reliquis usque ad Macedonia tractus sub Rom. cessit imperium. Strabo lib. 8.

Hædo Augia divinis magister, & pontifex Basiliensis, Hugo Turonum dux, & Ego Forojulio oriundus, ad Nicephorum Occidentis Imp. ab Carolo Magno legati à Stauratio ejus F. inhospitaliter accepti, Graecis ludibrio fuerunt, & cum magna difficultate in Germaniam redire. Interea Michael Curopalates Stauratio dejecto rerum potitus, Michaelém Episcopum, Theopnefum praefectum equitum, legatos ad Carolum mitit à quigramum. Magnus itaque Graecos per longissimos, maximeque devios anfractus Alpium circumduci imperat, donec pecunia omni absumpta eger inciperent. Ubi Aquigramum pervenientes, cum per quatuor summorum aulae magistratum conerones, quæ ex industria ita subornatae erant, obratant, & illos quod corporis habitu, cultuque cæteris præferant, rati esse Carolum, suo more adorarent, verberibus F. ex composito, pugnisque affecti, extrusi sunt. Tandem magnus veluti omnium rerum ignarus, proceres, qui illos honorificè ad se deducant, ire jubet. Graeci cum in conspectu Caroli venissent, Hædonem & Hugonem à se ita iprositos tanto honore esse conspicit, conscientia delicti corpora humi sterunt. Nec prius fergere ausi, quam Imperator pollicetur se errorum illorum ignoscere. Ita accepta fide, ubi animum resumpserit, legatione more gentis desunguntur. Pax, inde qua cum Nicephoro convenerat, cum Michael etiam confirmatur. Avent. lib. 4. Annal. Bojorum.

Epulis.

BOCCACIUS in Deorum Genealogiis tradit Lycaonem Arcadiaz regem, deivitis Molossis, hoc fidem quem ad iidem accepisse: qui cum ad certum tempus non remitteretur, per legatos repetitum fuisse. Ibi tum Lycaonem, occiso obfide, carnes ejus legatis edendas appofuisse. Sed ex convivis Lydianam quandam nomine, qui postea Jupiter dictus fuit, cognito scelere, in publicum profluit, Arcadesque contra regem immanitate facinoris concitavit. Atque ita deivitus, atque ejectione regno Lycaonem, in sylvas abisse, ibique reliquam ætatem latrocinii, & cadibus luporum more egisse. Gild. Gogn. lib. 2. Narrat.

CALAMITATEM, MISERIAM. Officii neglectus

ERGA PEREGRINOS.

Gabaenes Beniamite erga Levitam inhospitales, ut quem in foro cum uxore pernoctantem, nullus domum suam invitavit. Vide Tit. Stupri poena.

JOSIAS rex Judæorum sanctissimus alioqui, cum Pharaonem Aegyptiorum regem expeditionem contra Agyptios molientem impedire conaretur, & transitum ei negaret, cum ille missis legatis hoc ab eo petisset, in pralio vulneratus interit. 4. Reg. 23. & 2. Paralip. 35.

Fama est, Atlantem nationibus Hesperis imperasse, habuisseque responsum à Themide Pharnasia, futurum esse, ut à quodam Jovis filio regno privaretur, ut testatur Ovid. lib. 4. Metam. Ergo cum Perseus abscissum caput Medusæ reportaret, petissetque ab eo, ut hospitio susciperetur, rejectus fuit ab Atlante. Et Medusæ caput Perseus ostendit, & in montem sui nominis mutavit. Polydus tamen didrachmicus poeta pastoralem fuisse ait Atlantem. Natalis Comes Mythol. lib. 4. cap. 7.

Carthaginenses adeo peregrinos exofos habebant, ut qui Sardiniam, aut Herculis columnas adnavigarent, eos mari demergerent. Alex. ab Alex. lib. 4. cap. 10.

ERGA EXULES.

Thefeus fatione inimicorum, Menesthe praefertim pulsus, liberis in Eubeam clam ad Elephenora Chalcedontis missit. Mox in Gargetto devotis Atheniensium capitibus, ubi nunc Araterion est, in Scyron navigavit: quod amicitia ei cum incolis, ut arbitrabatur, & pradia paterna in illa essent insula. Obtinebat ea tempestate regnum in Scyris Lycomedes. Ad hunc postquam se contulit, postulavit agros reddi sibi, quasi illic

illuc commoraturus. Aliqui eum autumant auxilium ab illo contra Atheniensibus flagitasse. At Lycomedes, sine quod gloriam tanti viri vereretur, sine ut studium suum probaret Menestheo, eduxit in rupem ejus agri Thefea, tanquam inde pradia ei monstraturus, & de saxo praecipitatum interemit. Nonnulli sua sponte ferunt prolapsum, cum à conca in deambulando pro more suo offensus. Plut. in Theseo. Post pugnam Marathoniam Cimon Militaris F. Scyron delevit, & Thefei ossa Athenas reportavit. Pauf. in Attic.

CLEOMENES Dux Spartanorum, fugatus ab Antigono, ad Ptolemaum se recepit. A quo benignè primùm exceptus, mox Nicagoræ cujusdam calumnia insidiarum suspectus, se interfecit. Interfectum Rex pelle nudavit, crucique affixit. Plut. in Cleom.

BELA Hungarorum Rex magna strage ad Savum victus à Batho Tartarorum duce, cum paucis è fuga servatus, peregrino habitu circum fines Polonia, & Moraviae oberrans, tandem ad uxorem suam, quam in Austria ablegaverat, pervenit. Ibi latentem, mox proditum, Fridericus Austriae princeps adeo non est miseratus, ut ad novam insuper miseriam, obratant, & illos quod corporis habitu, cultuque cæteris præferant, rati esse Carolum, suo more adorarent, verberibus F. ex composito, pugnisque affecti, extrusi sunt. Tandem magnus veluti omnium rerum ignarus, proceres, qui illos honorificè ad se deducant, ire jubet. Graeci cum in conspectu Caroli venissent, Hædonem & Hugonem à se ita iprositos tanto honore esse conspicit, conscientia delicti corpora humi sterunt. Nec prius fergere ausi, quam Imperator pollicetur se errorum illorum ignoscere. Ita accepta fide, ubi animum resumpserit, legatione more gentis desunguntur. Pax, inde qua cum Nicephoro convenerat, cum Michael etiam confirmatur. Avent. lib. 4. Annal. Bojorum.

C. Diffidium inter duos fratres de Regno Hungariae erat: Emericus à Sobieslaum II. Boemorum Regem confugiens, fidem ejus implorabat, ut ejusdem fiducia fecerit ad Fridericum I. Caesarem perveniret, tanquam ad ultimum Regem Christianorum perfugium. At ille capium hospitem, reduci in Hunariam ad fratrem iussit. Caeser Sobieslaum exulem Uladislai II. F. ad concilium principum vocavit. Morsum ille jurare, quam venire maluit, ideoque ad Fridericum principatus Boemiae à Caesare per vexilla, mora solemnè, delatus est. Is occupata Praga, Sobieslaum expulsi. Mox redeunt, licet acie victorem, ultimo prelio ad Pragam victum, in exilium denuo egit, in quo tandem perit. Dubrav. lib. 13.

Spartani Scedafum supplicem audire nolunt. Vide Tir. Injustè absoluti.

HENRICUS VI. Imp. ad occupandam Siciliam proficiscebatur. Tusculani Romanorum hostes, audientes Caesaris adventum, auxilium ejus contra Romanos postulantes sese dederunt. Imperator accepto diademate, Caesario III. Tusculum ex pacto tradidit: à quibus civis crudeliter mastrati fusti, pedibus, manibusque mutilati: sic ut oppidi folo aquati vestigia vix apparent. Saxa ad memoriam conservandam destructa urbis in clivo Capitolino posuerunt. Culp.

ERGA SUPPLICES.

ARTABERXES Afiz Rex, debellato Cyro, Pharnabazum miserat ad omnes maritimas satrapias recipiendas. Qui Cyri partes secuti fuerant satrapæ, variis curis vexati, neque in Regem commississent, luere cogentur, legatis ad Tisaphernem missis, cum sibi conciliare pro confirmanda gratia certabant. Tamos potentissimus Jonia praefectus in tritremibus pecuniarum, ac filios omnes congestit (uno dempto, cui nomen Gao erat, qui aliquanto post tempore Regi dux exercitus est factus) neque confusus se Tisaphernis fidei credere, cum classe tendit in Aegyptum, & confugit ad Plammetichum Aegyptiorum Regem, qui nepos erat Plammetichi. Quem Regem cum antea multis fidei devincere certasset beneficiis, existimabat se charum ob merita illi fore, cessasset illic veluti portum quandam paratum, quò tuto confugeret, si quid

L. B. Theat. vit. Human. To m. V.

à rege periculi sibi objectum fuisset. At Plammetichus amicam, supplicemque jugulavit una cum filiis, ut ea pecunia, & E classe potiretur. Diad. lib. 14.

Ptolemaus Aegypti Rex, fugientem ex acie Pharfalica Pompejum ubi adesse intellexit, veritus Caesaris iam eum recepisset, Pompeii, si neglexisset: suatore Theodoro Rhe-tore, cum recipere & interficere decrevit. Misso itaque Achilla Aegyptio cum Septimio, qui ordines duxerat quandam sub Pompeio, & Salvio centurione, navicula eum è navi exceperit. Salutata ergo Cornelia, quæ exitum ejus jam ante deplorabat, duos centuriones, ex libertis unum Philippum, & servum Scynem nomine præ se in naviculam iussit descendere. Porrigente dexteram ei ex navicula Achilla, ad uxorem & filium conversus, Sophoclis jambica pronuntiavit:

Quisquis domum elatam tyranni accesseris, Et illic servus, licet liber venis.

His postremum cum suos affatus, ingressus est. Satis amplo intervallo inter tertiam & turetem, ubi nemo eorum, qui in navicula erant, hilariter est Pompejum allocutus: intuitus Septimium: Equid te, inquit, ego communito-nem quondam meum agnosco? Ille tantum capite annuit, non est affatus, nec benignitatem ei ostendit ullam. Cum iterum jam immobiles silerent: tenens Pompejum in parvo libello conscriptam ab se Graecam orationem, qua uti apud Ptolemaum statuerat, eam cepit legere. Postquam terræ appropinquaverunt, Cornelia cum amicis ex navi anxie speculabatur eventum, ibi, Pompejum, qui Philippum manu prehendit, quod furgeret commodius, Septimius primus à tergo trajecit: inde secundum cum Salvius, mox Achillas enses intrinxerunt. Ille ambabus manibus faciem tergo intexit, nec quicquam indignum se locutus est, nec fecit, tantum suspicio edito patienter ictus excepit. Annus natus unde sexaginta, postridie natalium suorum fato funis est. Illi, qui in navibus erant, ubi cadem spectaverunt, gemitum edidere ex hore exaudium, anchorisque properè solutis fugæ se mandavere. Aegyptii caput Pompeii defecerunt. Truncum à navicula nudum proiecerunt, reliqueruntque spectare id cupientibus. Plut. in Pomp.

CN. DOMITIUS iratus Bituio Regi Avernorum, quòd tum suam, tum etiam Allobrogum gentem, se etiam tum in provincia morante, ad Q. Fabii successoris sui dexteram confugere hortatus esset: per colloqui simulationem accesserit, hospicioque acceptum vixit, ac Romam nave deportandum curavit. Cujus factum Senatus neque probare potuit, neque rescindere voluit, ne remissis Bituio bel-lum renovaret. Igitur cum Albam custodiae causa relegavit. Val. lib. 9. cap. 6.

Grimoaldus Beneventanus Dux, à Gundeberto Papiensium Rege in societatem belli contra Pertharium fratrem, cujus regno inhiabat, evocatus, astu Garibaldi Taurinatum Ducis Gundebertum tanquam insidiatorem occidit, ejusque regnum occupavit, & Pertharium Mediolano expulsi. Mox legatos ad Cacanum Hunnorum Regem misit, obsecratum, ut Pertharium è regno suo dimitteret. Pertharitus ejectione ad Grimoaldi clementiam sibi confugiendum existans, in Italiam reversus, cum Laudam pervenisset, Unullum ad eum unicum amicum suum praemisit, qui de adventu suo commonefaceret, ac supplicem sibi veniam ab eo & incolumitatem exposceret, Grimoaldus misericordia tactus illum se summo studio recepturum esse respondit, atque hospitem Papiæ pro dignitate instrui, ac res necessarias expediri mandavit. Confluente inde ad eum viendi, ac salutandi causa frequenter H Papiensium multitudine, in suspitionem, ut ante regni ad amicum adductus, subito de sententia defecit, atque cum proxima nocte custodiri, & comprehensum interfici per dispositos ad id facinus homines imperavit. Forte accidit, ut amici beneficio Pertharitus id fensit. Itaque singulari Unullis industria, expedito fugiendi consilio, habitum permutavit: & custodibus deceptis, noctu domo, atque urbe per ad verdam partem, quæ dispositæ vigilæ nullæ erant, ad amicum evasit, atque arreptis, quos forte in pascuis nactus erat equis, ipse cum comitibus ab Unullo datus in Franciam transitit. Iugam Perthariti cognitam Grimoaldus iniquè tulit, ita tamen, ut Unullo, cujus opera salvas aufererat, non solum non succensuerit, verim præmia etiam propter fidelem navatam Domino suo operam amplissimè impertierit: ac magnificè collaudato liberatam, & secum manendi, & Pertharitum sequendi fecerit potestatem. Sig. lib. regni Ital.

PETRUS Castulonensis Rex, cum Mahumetes Granata Rex ad eum opis pete nra gratia adversus alios Mauros venisset, omne aurum, quod fecum attulerat, ei admittit; & cum palam jaculari cum suis eum iussisset, primus fuit; qui cum manu sua jaculo peteret: huncne avatum, an crudelium, aut ignavum nuncupabimus? aut eo solo contenti erimus, quod infelix Maurus Rex tunc coram ei obiecit: dixit enim, Petrum Regem turpem nimis triumphum ducere de rege, qui opis, salutis gratia in eius fidem se receperat, violata fide, violato naturae foedere, atque omni humano neglecto more, spoliato, atque occiso. *Fulg. lib. 9. cap. 4. & Egnat. lib. 9. c. 4.*

OFFICIUM NIMIUM ERGA

MAGISTRATUM.
PLAUTIANO, militum Severi Imper. praefecto crudelissimo, statum multo plures, & majores quam aliis, à Romanis positae sunt, tum aliis in civitatibus, tum potissimum Romae: quae tamen deinde post mortem in magnam hominis ignominiam dejecta, penitusque excisa sunt. *Xiphilinus.*

MILITES.

NICEPHORUS Phocas Imper. cum existimaret, robur Imperii, & pacem publicam conservari à viris fortibus, qui arma gererent, neque dubitarent vitam ipsam pro communi salute profundere: decretum sanxit, atque Ecclesiam ministris auctoritate regia obtrudit, ut milites, qui in bellis fortia facta edidissent, inter martyres publicè referrentur, atque inter alios martyres hymnis, aliisque debitis honoribus colerentur. Verum patriarcha, & nonnulli primarii Sacerdotes, immò & politici quidam Deum timentes, isti impio Imperatoris edicto sese opposuerunt, tremis ab usu sacrae Cerae cum removerunt. *Zonaras in Nicophoro.*

PARENTES.

Ut qui plus parentibus quam Deo tribuunt.

AMICOS.

THEMISTOCLES ad illum, qui dixerat, praclare imperatorum ipsam Atheniensibus, si aequus omnibus, & communis esset: Nequaquam, inquit, ea confideam sella, in qua nullam praerogativam praerelienis habituri amici sunt. *Plat. in Arist.*

TIBERIUS Imper. Sejano viventi adhuc statuum aneam in theatro collocavit: ejus imitatione statuae multa postea à multis facta sunt. *Dion. in Tiberio.*

INIMICOS.

LVALERIUS, cui cognomen Heptacordo fuit, togatum hostem Cornelium Balbum expertus, upote opera ejus, & consilio compluribus privatis vexatus libibus: ad ultimumque subiecto accusatorum capitali crimine accusatus, praeteritis advocatis, & patronis suis, solum haeredem reliquit. Nimirum confertam animum ejus transversum egit: amavit enim fordes suas, & dilexit pericula, & damnationem votis expectavit, auctorem harum rerum benevolentia, propulsatorem odio infecutus. *Val. Max. lib. 6. cap. 9.*

LIBERTOS, SERVOS.

Prætoris ornamenta à Senatu, jubente Agrippina Claudii Caesaris, vidimus libertis, tantumque non cum laureatis fascibus remitti illò, unde cretatis pedibus advenissent: inquit, *Plin. lib. 35. cap. 18. Vide Tit. Servi imperios.*

OFFICIUM INIQUUM INDIGNIS

DATA PREMIA, HONORES,

IMMERENTIBUS.

DCALIGULA Imper. à multis heros, & Deus à quibusdam vocatus, omni humana conditione superiorem se esse putavit. Igitur cum Luna coisset, & à Victoria se coronatum esse dixit, Jovem se esse fingens. Fiebat saepe numero Juno, Diana Venus, ac praeter mutationem nominum vestes induit diis proprias, & accommodatas. *Xiphilinus in Caligula.*

NERO Imper. cum in scenam habitu citharædi prodidisset, coronam citharædorum à Judicibus obtinuit: quos ipse sane nequaquam vicerat, cæteris omnibus ut indignis victoria judicatis. Itaque reliquæ citharædorum coronæ ad eum ex omnibus certaminibus, quasi solus victoria dignus esset, postea mittebantur. In Olympiis cursum agitavit, cumque ex eo decidisset, ita ut ferè eo casu atteretur, attamen corona donatus est. Unde Hellanodici (hi judices erant Olympiorum) aureorum decem millia dedit, quam tamen summam postea Galba repetivit. *Xiphilinus.*

DOMITIANUS Imper. licet ignavus, atque ad belligerandum planè inutilis esset, cum contra Getas, vel Dacos pugnans per

duces suos, litteras de victoria (quæ tamen parva non erat) scripserit, in toto ferè terrarum orbe, quæ sub ditione ejus erat, statuae sunt ei aëreae, atque argenteæ à Populo erectæ. *Xiphil. in ejus vita.*

COMMODUS Imp. ut nequissimo, sic ambitiosissimo, statua aurea mille librarum cum tauro, & vacca Romæ jussu S.P.Q.R. erecta est. *Dion. Nicias, & Xiphilinus.* Peræque etiam statuae eidem Herculis habitu collocatae sunt. *Dion.*

IMPROBIS IN GENERE.

CAJUS CESAR turpissimos, ac perditissimos homines in curiam induxit: multos quidem honestiores, sed per hos dicebat suam se dignitatem recuperasse: ut ostenderet, inivium quidem se facere, sed tamen non posse excusare, aut praetermittere. *Suetonius.*

INVENTORIBUS VOLUPTATUM.

CLEARCHUS de Rege Persarum narrat, quod suave aliquod edulium inventientibus premia proposuerit. *Atbenus lib. 12. f. cap. 12.*

XERXES edicto præmium ei proposuit, qui novum voluptatis genus reperisset. *Val. Max. lib. 9. cap. 1.*

Si quis obsoniorum artifex, aut coquus edulium aliquod dignum invenisset, ac magnificum apud Sybaritas, nulli alii per annum id facere licebat, quo ille, qui primus reperisset, per id tempus quæstui haberet, atque ad auctorem inventi fructus rediret amplissimus. Eodem pacto, qui anguillas vendebant, tributum non perfolvebant, neque ita, qui eas venabantur. Tum eos, qui purpura marina tingebant, qui que inferebant, immunes lecerunt. *Atben. lib. 12. cap. 6.*

M. ANTONIUS Triumvir in Asiam profectus, civis Magnetis bona coco, qui unam cenam, ut fertur, paraverat scite, donavit. *Plat. in Antonio.*

POTORIBUS.

In Bacchi festo ei, qui plus bibisset, aurea corona dabatur: quam meritis est Xenocrates Chalcedonensis, qui sumpta corona, cum à cæna reverteretur, Mercurio (qui statabant fores) eam imposuit, juxta prisam consuetudinem. Nam & florida, & Myrrhina, & hederacea, & laurea festa solebant hic reponere & relinquere. *Ælian. lib. 2. de Varia hist.*

AALEXANDER Macedonum Rex, cum in honorem Calani Brachmanis Indi sophista (qui seipsum combusserat) certamina musica, equestria, & pugillatoria constituit: volens gratificari ludis, usitatis etiam, domesticamque concertationem in honorem Calani superioribus certaminibus adiecit, & potandi vini certamen instituit. Atque primas obtinenti præmium constituit talentum: proximo triginta minas, tertio decem, in quibus victoriam consecutus est Promachus. *Ælian. lib. 2. de Varia hist.*

TIBERIUS Imp. in ipsa publicorum morum correptione cum Pomponio Flacco, & L. Pisonem noctem, continuumque biduum epulando, potandoque consumpsit: quorum alteri Syriam provinciam, alteri Praefecturam urbis concessit detulit, codicillis quoque jucundissimos, & omnium horarum amicos professus. *Suetonius.*

Idem ignotissimum Quæsture candidatum nobilissimum anteposuit, ob epotam in convivio, propinante se, vini amphoram. *Suetonius.*

MERETRICIBUS.

PHRYNES meretricis statuum Græci exererunt, eamque posuerunt Delphis auream super columnam Pentelici lapidis. Fecit ipsam Praxiteles, quam cum Crates Cynicus conspexisset, Intemperantiae Græcorum inquit depositum. Collocata erat præterea ipsa imago inter Archidamum Lacedæmoniorum Regem, Philippumque Amyntæ, inscriptionemque habebat, Phryne Epicleis Thespiæ: velut testatur *Aletras lib. 2. Depositiorum in Delphis, Ælianus de Varia hist.*

Stymphalli mulierem eam in honore habent, quæ cum pluribus viris habuerit consuetudinem. Eras. in Adag.

PATHICIS.

PHELIPPUS Macedo Alexandrum regno Epirotorum stupri causa donavit. *Vide Tit. Pediconum.*

Antinous

ANTINOUS Bithynicus, Adriani Imp. libertus, & amicus. De cuius nomine urbem apud Nilum edificavit, & Mantinea templum extruxit, ut quandoquidem Bythini ex Arcadia ortundi essent, Mantinea Arcades tanquam patri Deo (ò selestissimam) annua initia, & quinquennale ludicrum celebrarent. *Polysani in Arcadici, Eusebii lib. 4. cap. 8. Justinus in Apologia ad Antoninum Pium narrat, omnes homines ferre fuisse coactos. Antinonum pro Deo venerari, etiamsi scierint quis, & unde oriundus fuerit. Apparet autem ex Epiphani contra Hæreses libro tertio tom. secundi, non Romæ tantum mansisse Antinoi templum, & cultus, sed ad alias quoque gentes pervasisse, apud quas magno numero templa Antinoi condita, & cultus instituti sint. Constat Dion, qui Antinoi factus, & effigies per universum terrarum orbem erectas esse scripsit: Imperatore subinde referente, stellam se Antinoi spiritui vere stellam natam, ac tum primum consecratam fabularentur.*

SCORTATORIBUS.

LYSICLES, ovium mercator stolidus, eo quod post Periclis mortem cum alapsa meretricie rem habuisset, principem locum inter Athenienses fuit consecutus. *Plat. in Pericle.*

SCURRIS.

MICHAEL Theophilus Imp. & Theodoræ filius, adeptus Imperium, regis opes in res fortuitas effudit adeo, ut Himerium quandam, quod venis crepitum exstinaisset, auri aliquot libris donavit. *Cæronius.*

Nostra ætate Comes quidam, & is Germanus pollicitur esse se maxime spurcum facinus committenti c. Joachimicus daturum. Ibi elegans quidam aulicus mensam ascendens, presentibus comitibus & nobilibus, alvum exoneravit, tectore postore omnibus fugatis, egregie donatus victoriam obtinuit. *Andreae Jovisii Silesiaci oratio.*

FURIBUS.

Fuir quidam à rege Ægypti Rampantino ob astutiam suam, qua usus fuerat tum in thesauro regio spoliando, tum in cludenda filia regis, cui frater ab eisam manam pro sua portexerat, & vitæ impunitate donatus, & regis insuper filiam uxorem accepit. *Herod. lib. 2.*

SICARIIS.

LSYLLA bellis civilibus, dum civis proficerebatur, ei qui recepisset, & se vasser proscriptum, multam se inhumanitatis capitalem facere adscripsit: nec fratrem, vel filium, vel parentes excepisset. Percussori præmium cadis bina talenta: etiam si servus Dominum, etiam si genitorem interfecisset filius. *Plat. in ejus vita.*

APOPTHEGMATA.

THESIAS dicere solitus est, suspiciendus esse causas anicorum, aut delictorum, aut ad exemplum pertinentes: amicorum quod ex lege Gratiarum, amicorum communia sunt omnia: destitutas, quod in his potissimum & constantia agentis, & humanitas comerentur: ad exemplum pertinentes, quia plurimum referret, bonum an malum ducem haberent. Frequenter enim bonæ causæ vitio patronorum vincuntur. Expedit autem ad bonos mores, ut in iudicis succumbat pravitas, superet innocentia. *Plat. in epist. ad Quadratum.*

CORAM Sigismundo Romanorum imperatore, cum gloriabundus quidam eques urbanus magistratus parvi faceret, & tribunosque militum laudibus in caelum tolleret. Tace, inquit Imperator, nulla nobis, ò Thraso, militis opus est, si tuas quæ civitates pratoris, cæterique magistratus moderate justique gubernarent. Sensit autem, ubique terrarum pacem tum fore, si magistratus leges defenderent, & omni, & loco tempore diligenter suum expedit officium. *Æneas Sylv. lib. 4. eum de reb. gest. Alphon.*

AENEAS SYLVIVS legens Ennium postam vetustissimum, homines stupidos, non homines quidem, sed homines appellasse dixisse fertur. Ennius certe, si plerique nostri sæculi Reges contemplantur esset, credo non Reges, sed Regones appellasset. *Æneas dicitur leges in lib. suis Comment. de reb. gest. Alphon. feb. 54.*

Oleum.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Oleum dicimus, & olivum propinquissimo oleæ liquore dicitur: Hebr. *Histar*, à verbo *Thabar*, pellucidus & limpidus. *L. B. Theat. vit. Haman, Tom. V.*

us fuit, dicitur enim *Sobomon* à pinguedine. Unde Latine lumen significat pinguedinem, quæ est infra umbilicum.

INVENTIO, ET USUS.

De Inventione olei, *Vide Locum de Inventoribus.*

Ufus olei varius, ac primum in Sacris. In lege natura reperitur Jacob Patriarcha lapidem, quem in titulum creverat, perdidisse oleo, atque ita velut eundem consecrasse Deo. Unde postmodum in eodem quasi altari consecrato, legitur sacrificium obrulisse. *cap. 35.*

In lege scripta præceptum Deo fieri certum oleum, quo volebat consecrari Pontificem, & super capitulis essendi, *Exod. 29.*

Etiam in lege Evangelica est Sacramentum Confirmationis, quod Chrismate, id est, oleo olivatum balsamo permixto, & ab Episcopo benedicto: Item Sacramentum extreme Unctionis, quod etiam oleo insuper ab Episcopo benedicto, quod dicitur oleum infirmorum; perficitur. Cuius quidem Chrismatis symbolum erat oleum istud, de quo in Exodo, eoque nunc etiam inunguntur in sua ordinatione Sacerdotes.

Sic & Baptizati jam recens in vertice linuntur eodem Chrismate: ut & in pectore alia olei consecrati specie, quam veteres vocabant Catechumenorum: quod ab Episcopo quoque benedicitur.

Quin jam olim ungebantur oleo Prophetae, Sacerdotes & Reges, qui ob id peculiariter Christi dicitur. Unde & Salvatori nomen Christi merito inditum, ut etiam Deus ungeret oleo latitæ præ participibus suis: qui etiam Prophetarum, & Regum terra princeps est, atque sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. De unctione David, Salomonis, & posterorum Scriptura loquitur, ut & de unctione Aaronis per Moysen facta.

Porro ut olim omnia Vasa Sanctuarii oleo ungebantur, Ita & modo calices sacri, ac ea vasa, qua S. Eucharistiam proximè contingunt, per oleum consecrantur. Similiter etiam altaria & templa, sacra unctione Deo dedicantur, exemplo Jacob, qui lapidem, quem creverat, oleo inunxit.

Simili modo ait *Theodoret*, solebant præ mulieres ungeri Thecas martyrum, ut tum coram sanctitatem, tum suam devotionem testatam facerent.

Unde & demon velut familia sanctorum hominum, hanc unctionem in suis facris imitatus est, quando suis sequacibus perfudit lapides Termino unguere, & consecrare, ut testatur *August. lib. 16. de Civit. cap. 38.*

Apulibus quoque meminit, lapidis unguento delibuit initio *lib. 1. Florido & Arnobius de seipso factur, quod impudicus adhuc erroribus paganis, adulabatur lapidi lubricato, & ex olivæ unguine irrigato: & beneficia postebat.*

Neque solum superstitiosus Gentilium polios, & in hominum similitudinem efformatos lapides oleo, & unguento ungebant: sed & impios & rudes, præsertim qui agris terminandis serviebant.

Apud *Marcum* denique legitur, Christi discipulos unxisse infirmos Oleo, & *Jacobus in epist. 5.* jubet vocari presbyteros Ecclesie ad infirmos, qui ungent eum oleo in nomine Domini, id est, Sacramentum extreme unctionis ei administrarent: quod uti à Christo institutum, ab Apostolis usurpatum, ita & usque modo Ecclesia Catholica obtinet.

Vide plura in loco de extrema Unctione. Ubi quoque de unctione in genere tractamus. Item Locum de Sacramento Baptismi. Tit. Cæremonia Baptismi. Ac de Sacramento Confirmationis.

Huc transferri poterunt plerique de olei benedicti pia consuetudine in Ecclesia usitata.

Ex loco de benedictione.

OLEI PROPRIETATES, ET VIRTUTES.

Propter olei proprietates & virtutes, factum ut pro symbolo acciperetur gratiarum & virtutum, ut quibus sequacibus proprietates nullo negotio possint accommodari.

Primo, oleum virtutum habet illum mandati, est enim pabulum alimentum laicis, & lucernarum.

Secundo, oleum habet vim condiendi cibos, & ad sanitatem utiliter & jucunde ad gustatum.

Tertia olei vis est supernandi aliis liquoribus.

Quarta, est fovendi vulnera, doloreque mitigandi, hinc enim apud *Lucam cap. 10.* ei, quem latrones gravissimis plagis

impositis feminivum reliquerant, Samaritanus ille obligavit vulnere, oleum infundens, & vinum: Quinta est, exhilarandi faciem, lassique & languida membra recerandi, inde illud P'salm. 103. Ut exhilaret faciem in oleo.

Sexta est, levandi labores, minuendique molestias, quod spectat illud Psal. 10. Computrescet jugum a facie olei. Septima est, vegetandi, roborandique corpus, & habile reddendi ad ludam, & certamen, ut in Athletis fieri solebat. Octava est molliendi, ac impinguandi, justa illud Psal. 22. Impinguasti in oleo caput meum, ex quo propter molliorem, & pinguedinem oleum solet esse symbolum misericordie. In quem sensum Salomonem, Oleum de capite tuo non deficiat. Ita Bernard. in illud Cant. 1. Oleum effusum nomen tuum.

Olfactus.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

Olfactus quem Græci appellant, est facultas olfaciendi: sine qua odorem percipimus, eaque animantis communis, quamvis hæc præ illis cum perfectius participent.

ORGANUM.

De Organo olfactus variegatè repetuntur Philosophorum sententia: cum alii nasum, alii cerebrum statuunt. Conformis videtur Aristoteli, esse recentiorum, odoratum residere in tuberculis, five carunculis mamillaribus, quæ natura in superiori narium parte collocavit, neque enim alius finis cui ibi posita sint apparer, si non ille.

PERFECTIO, ET UTILITAS.

Olfactus perfectio, vel ex potentia ipsius ratione spectatur: vel ex perfectione accidentaria, quæ potissimum in eo cernitur, quod è longiori distantia olfaciat, vel plures odorum differentias percipiat.

Parat autem odorandi facultas animantibus ministerio sensuum alimentaque rentibus, plures commoditates. Primum prænuunt olfactus, maxime in brutis, per naturalem instinctum, qui cibi venenati, & noxii, qui non: quod homo etiam ex odore per discursum nonnumquam cognoscit. Secundo, corroboratur olfaciendi cerebrum. Tertio cor refectur. De quibus Avicenna lib. de vitib. cordis tract. 1. cap. 9. Hippocrates lib. de aliment.

IN QUIBUS OLFACTUS

PERFECTIOR.

Olfactus hominis quoad perceptionem odorum è longinqua distantia, hebetior longe est, quam multorum animantium, experientia enim docet, vultures, canes, apros, corvos, odora sua ei etiam remotissima sectari. Quin vultures ferient nonnulla, ad quingenta miliaria cadaverum odorem sequi.

Neque etiam plures odorum differentias homo percipit, quam cetera animalia. Habet enim organum ineptius ad illas, quam ista, ne quæ plura olfactu dignoscunt, quæ homini sunt inodora. Utpote vestigia ferarum, & Canes Dominos suos, aut alias res odoratu vestigant. Catulos quoque solo illo, Tygris. Et consistit odore sulphuris melleos necati, galbanis serpentes sagari, rosam cantharos, unguentorum vultures. Et priores odores humanus olfactus non attingit: posteriores vero non tanta vehementia percipit. Immo homo ob organi vitium, ut supra diximus, in hoc sensu hebetior est.

Quod vitium exinde sumitur, quod cum in homine odorandi officina cerebro conjuncta sit, & illud in homine sit maximum, & frigidissimum, fit, quod odorum instrumentum facilius humectatur, & frigus percipiat. Notavit Albertus Magnus in summa de homine tract. de Odore, homines raro odores somnari, quia illorum species etiam in nostro interno sensu infirma sunt, & invalida. Unde & odoratus noster facile leditur gravædine live xop. 2. & miro illo catarrho, qui anno integro in regno Castellæ sub annum 1585. multos absumplit. Urobiter refert Delsio lib. 2. q. 27. §. 11. si quis magic.

Omen.

Vide DIVINATIO.

DEFINITIO, ET ETYMOLOGIA.

Omen, Augurium, quod fit ore, quasi Oremen, teste P'scho, & Varro. Est enim rei future enunciatio, five signum, quod ex ore loquentis capitur. Divino tamen id Numine procurante. Cetero, de Divin. Neque solum Pythagorici Deorum voces observant, sed etiam hominum, quæ vocant Omina: quæ Majores nostri quia valere censebant, idcirco rebus omnibus agendis, quod bonum faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur. Græce οἰωνοὶ, ὄμιον, ὄμια, ὄμια, ὄμια. Hebr. נאבשה, à verbo נבש, auguratus est, divinavit, ominatus est. In malam partem fuitur, & de auguriis, atque incantationibus, ubi divinatoris per murmuræ verbis conceptus multa ab omnis mali fonte hæc prædicunt futura.

APOPHTHEGMATA.

DIONYSIUS, cum magistratus per litteras fore creator, & ipsi contigisset littera µ dicenti cuidam per jocum, µαρομαχία, id est, stulta efferes, Dionysi. Immo, inquit, µαρομαχία, monarcha ego. Et adeptus magistratum, protinus Imperator electus est à Syraculanis. Magni erat animi, quod illo joco non offenderetur, contentus omen literæ secus interpretari. Plut. in apoph.

P. AMULIUS è foro domum reversus, cum filiam puellam nomine Tertiam reperisset lachrymantem, rogavit, quid haberet? respondente, Perseus nobis interit (id erat nomen cælli, quem puella habebat in deliciis) Sit felix, o filia! omen accipio, moxque in bellum profectus, pulcherrimum de hoste triumphum egit. Plut. in apoph.

Nero in Oedipode fabula, quam Nero novissimam recepit, in hoc veru decidisse legitur:

Quis est mori me mater, uxor, ego pater.

Justit mori me mater, uxor, ego pater.

Nam & Oedipus patrem occiderat infanciam, matrem uxorem duxerat: Ita Nero sciens Claudium patrem occiderat, matrem conjugatam interfecerat, & Octavianam uxorem indignis tractarat modis. Suet. in Nerone.

Otho Imp. Cum in augurando tempestas esset orta, atque ipse graviter esset prolapsus, identidem obmurmurasse dicitur: quid mihi hæc oia? id est, quid mihi cum longis vitiis? Sentiens, se frustra sacrificiis, & piaculis conari placare manes Galbæ. Suet. in ejus vita.

Apud Virgilium.

Hæc mensas etiam consumimus inquit Julius.

Ad quod Lænas auguriorum petitus.

— ea voce audita laborum

Prima tulit fidem, primamque loquentis ab ore

Eripuit pater.

VANITAS.

Omnium vanissima est (κατανοοῦσα) animadversio, de qua B. Chryso. homil. 21. ad pop. Antiochen. Et quid tandem sunt Omina? Sæpe domum quis suam egressus hominem videt monoculum, vel claudicantem, & ominatus est.

Et postea, Si virgini occurreris, sterilis dies erit, si verò metretici; dextera, & multa mercatione plena; mox ut par erit in hanc dementia invehitur.

Quod verò Ausonius tria tantum omina agnoscit, cum resellunt cæteri, qui plurimum meminere forte de præcipuis tantum loquebatur, sed quæ illa in re vanissima?

D. Augustinus sic scribitur adjunguntur nullia inanissimum observationum, si membrum aliquid salient; si junctim ambulantis amicus, lapis, aut canis, aut per medius intervenient; atque illud, quod lapidem calcant, tanquam diremptem amicitia, minus molestum est, quam quod innocenter puerum colapho percussum, si pariter ambulantis intercurrit. Sed bellum est, quod aliquando pueri vindicantur à canibus. Nam plerumque tam superfluous sunt quidam, ut etiam canem, qui medius intervenit, ferre audeant, non impune. Namque à vano remedio cito ille percussorem suum ad veterum medicum mittit. Hinc sunt etiam, illa, litem suam calcare, cum ante domum suam transeat: redire ad lectum, si dum quis se calcare, sternerat verè: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis à foricibus roditur, plus timere suspicionem futuri mali, quam præsens damnum dolere.

Unde

Unde illud eleganter dicitur est Catois, qui eum esset A confutatus quodam, qui fiberos suos caligis diceret à foricibus respondit, non esse illud, monstrum scilicet verè monstrum iudicandum fuisse, si foricæ à caligis roderentur.

GENERA VARIA. PRIMUM SALISATORUM.

Varia est dictis omnium genera erant. Primum Salisatorum. De quo Hystorus tradit Salisatores, seu Salitores vocari quosdam ominosos. Salisatio vocatur, vel glossario vocatur, & palpatio: Hujus species à cilis, vel oculis potissimum, illius Saldas & Tocentis meminit: illius Plaut. in Mli. glar.

Præcænatrici, collectrici, arctolæ aruspice, Flagitium est, si nihil contingat, quæ supererit in specie, Et in P'sudo. Nisi quia futurum est, à supercilium salt. Vide Cælii. 17. c. 22. quod videtur referendam, quod quidam fontem spontaneum aquis dextræ, vel sinistræ observant, ut si hæc tintinet, inimicum; si illa, amicum nostri parent memoriam tum recolere.

De quo Aristoteles, in istudibus meminit, Et ex uero d' dicitur quædam. Nonne auribus resonabat, quando tu lacrymans recordabar? Et alii huc perimere videatur illud Leebia variè Veronensis convertitur;

Sonitu suapte intinamit aures.

Quod illa dixerat istud dicitur, & apertus incertus quidam, sed antiquus;

Garrula quid totis resonans mihi vocibus aures? Nescio quem dicit nunc meminisse me.

Quod refert ad amicum sympathiam nimis longè petum. Huc pertinet & Spatulamantia, quæ fit nuda spatulæ impactione.

A corpore etiam sumitur omen sternutationis, & essentiois pedum.

EX NOMINE, EVENTUS, VERBIS ALIORUM.

Alia dicuntur ex nomine, alia ex fortuitis aliorum verbis, alia ab his, quæ domi, alia ab his, quæ in via contingunt.

Ex nomine ductum illud quod narrat G'ycas. Annal. p. 3. de Augusto, cum Nicopolum vocasse, quam exstruxerat, urbem; & ibi hominis, ac affinis status abhænas localis, eo quod ead nocte, quæ Aëtiæcum pugnam præcessit, in hominem incidere, qui affinum agebat, cūque illud de nomine suscitatus fuisset, mihi quidem respondit ille nomen est Euryches (felix) affino vero, Nicom (victor) Ex verbis fortuitis prolatis, quæ Cætero censui proprie vocari omnia, ut cum hinc Consul belium Persico cogitantes, præ dicit Perseum obiisse, quod erat Melitæ castelli nomen.

Omninoque sunt, apud Plautum, si introit in ædes ater alienus canis, vel anguis per impluvium decidit de tegulis; vel, ut hodie multi peccant, si flinam eversum, vinum effusum, si crebrus, vel rarius in mensa sternutationum, si quod in convivio verbum tritibus pronunciatum, si quis crurium impoierit, si canis ululavit, corvus lecto insidens crociavit, & hujusmodi.

Quæ fortis eventum, non sunt pauciora, & hoc genus vocantur prodia, ut quæ D. August. retulit, item Leporem iter transverto saltu velut diremptis lupum, capram, aut aliud animal in via vidisse, & quod ex irreligiosa mente hæc evocorum.

Profectum habuisse obvium monachum, & alia infinita. Legatur Joannes Salisb. rursi. l. 2. de magis curial. cap. ult. dum meminere ea ab ipso non approbati, sed ut alicuius vitia commemorarent; & notanda imprimis hæc, quæ subiungit verba;

Cetera de genere hoc ad id sunt multa, loquacem Ut lassere queat Fabium.

Quibus quæcunque domus insisterit, eam nec ab ipsa salute arbitror posse salvari.

Inter ea, quæ in via eventum, omina capiebant veteres. Sic pedum quamvis offensorem insautam ominabantur. Nonne hoc in Tib. Graccho observatum, quo die occisus fuit, domo egredientem ad limen gravissimè pedem offendisse? Nonne dicit, hoc idem Cato insauti prælii die accidisse? Nonne hoc de marito Laodamia sensit?

Cum foribus vellet ad Trojam exire paternis, Per tuus offensus timere signa dedisti.

Ut vidi, ingenium, tacitoque in pedore dixi; Signa reversari, sint, præcor, ista viti.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

Nonne de se jam venia dignus Tibullus? qui cecinit: O quævis ingressus iter, mihi tristia dicit; Offensum in porta signa dedisse pedem.

Sternutationem etiam medium omen censuere veteres, ut notatum Scholiasta Theophrasti; idcirco sternutate aliqui, aliterque illi bona verba dicebant: ut si quid portenderetur mali, id frustra precatione averterent.

Maturam sternutationem procius insautam; meridianam simillimè auspici; & conatus non ita indicium rebantur, etiam Aristoteles auctore l'eb. 33. problam. cap. 11. maxime si à dextro latere. Unde Propert. lib. 2. elat.

Nunc tibi nascenti primis (mea vita) diebus, Avidus arguam sternuti omen amor.

Et Catullus de Acme, & Septimio, sternutationis dextræ approbationem, vocat auspicium bonum.

Quid quod & perditum obsecrabant, & Græcis quidem omnia erat bonum, ut ex hymno in Mercurium: Latinis insautum censebatur, ut ex Casone de re Rustica fuit aliis observatum.

De Soricino suspicio æquè ridiculi veteres, de quo præter Plinium in hist. natural. etiam rectè accipiunt illud Ausonii.

Quadrupes auspiciis quis jungitur acinibus? Mus.

Veteribus Ethnicis nihil magis familiare erat, quam ex Animalibus omina docere, & eventum elicere futurorum. Idque ea superstitione, ut à singulis singula captarent, ac nihil quæ ad augurum disciplinam pertinere existimarent, quam istiusmodi insomnia, & conjecturas. Et quia omnia ista recensere volumini foret, brevi hæc Tabella visum fuit pauca complecti, additis, five indicatis auctoribus, qui illa tradunt: Quibus subiectum etiam omina ab inanitatibus desumpta olim.

Avis, ut	Vulturibus, ut fecere Hercules, & Romulus, apud Plut. in Romulo.
	Turturibus, ut Bavari. Annal. Bojorum lib. 5.
Equis	Hirundinibus, ut Romani. Plutarchus in Antonio.
	Pascerculis, Romani. Plut. in Sylla. Leonibus, apud Bonif. lib. 8. Decad. 4. G. Jovius in vita Leonis X.
Asinis	Rugiani modo miro, quod Saxo hist. lib. 14. Cranz. lib. 5. Panda.
	Galeote vates Sicul. apud Plin. lib. 8. cap. 42. Elian. lib. 12. var. hist.
Bubus	C. Marius, apud Val. Max. lib. 1. cap. 5.
	Hætruci Pistorient. apud Sigon. anno 365. lib. 7. hist. Imp. Occid.
Canibus	Pertæ, Plut. in Lucullo.
	Egyptiis, Solin. cap. 45.
Arietibus, Hætruci, Macrob. 3. Satur. cap. 7.	Longobardi, Jovius in vita Matthæi ducis Mediolan.
	Ethiopes olim, Solin. cap. 45.
Capris, Lacones, Paus. in Boet. Porcis, ut Theodorus Gothorum rex, de quo narrat historici, cum futura curiosius scrutaretur, insigni vanitate, Judæum hominem justissime triginta parvis harulis fuscis includi; ac cunctis inopi. certa nomina, inde ad certum diem quiescere.	Helveti hodie, Jovius lib. 11. hist.
	Die prestittuto cunctis ad amissum servatis; rex cum Judæo porcos invulsit. Mortuos invenere tantum, quibus Gothica nomina data plebeorum; viros vero, qui fuerant insigniti nominibus Romanorum Præfectorum, nempe decimum quem-

Quadrupedibus, ut

* Omina ab anima